
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
22 M
31 M


Colleg. Rom. Societ. Jesu.

Catt. ... C. R.

S. PATRIS NOSTRI
IOANNIS CHRYSOSTOMI
ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLEOS

Orationes duæ longè pulcherrimæ, Prior quidem in Principes Apostolorum Petrum & Paulum, eorumdemq; Gloriosissimum Martyrium: Posterior verò in Sanctos Duodecim Apostolos.

Recens è græco in Latinũ conuersa, & in vtraq; lingua nunc primùm integrè edita. Adiectis varijs Lectionibus ex manuscriptis Codicibus græcis collatis, vna cum locupletissimis Commentarijs, in quibus inter alia, pro confirmatione Romanæ Historiæ, plurima cùm rara, tum scitu longè dignissima, de Principibus maximè Apostolorum Petro & Paulo tractantur.



Accessit in fine Operis Duplex Apostrophe.

Vna.

Ad Petrum & Paulum Summos Apostolici Ordinis Principes, & Tutelares Vrbis Romæ Patronos.

Altera.

Ad ipsam Vrbem Romam ex præsentia atq; venerando trophæo Petri & Pauli, triumphantem.

Omnia industria atq; Interpretatione Gerardi Vossii.



ROMÆ, In ædibus Populi Romani. M.D.LXXX.

Cum Licentia Superiorum.

SANCTISSIMO. D. N. GREGORIO XIII. PONTIFICI MAXIMO.

GERARDVS VOSSIVS.



VM vel natura suadente rectaq; ratione iubente in id sua conferre debeant cuncti mortales studia Sanctissime Pater, vt in his quę ad benè beateq; viuendū faciunt, se suis progenitoribus quàm simillimos reddant, maiorumq; suorum instituis sese quàm fieri potest maximè cōformēt: id si in his, multò sanè magis in illis locum habeat necesse est, qui successione aliqua se inuicē in ijsdem cōsequuntur muneribus dignitatibus atq; officijs: in quibus si natura rectaq; ratione tamquā ducibus, exempla viuendi & actiones suas felicius dirigendi à primis ipsis Auctoribus petere æquū simul ac laudabile semper iudicatum sit ab omnibus: Conuenerit quoq; successores Petri, Pontifices inquam Romanos eandem cum primo illo suo Antecessore & Christi in terris Vicario potestatem habentes, idemq; planè onus cum illo sustinentes, hisce potissimum quæ ad exaltationē Cathedrę Petri (in qua ipsi continua successione sedent) spectant, delectari, vniuersarumq; actionum suarū veluti gnomones atq; iconas ab illo tamquam Duce & Coryphæo sumere, eiusq; simul & Pauli eximij Euangelicæ prædicationis cooperatoris, consortisq; gloriæ ac passionis suæ, laudes libenter ab his qui eas celebrant audire. Quos quidē etsi pro dignitate numquā satis laudare possimus, laudum tamen trophæa ab his petere laudabile duxero; qui amore simul & admiratione magnorum illorum Apostolorum ducti, ea præ ceteris melius pleniusq; celebrarunt. Id cùm à plurimis Illustribus Ecclesiæ scriptoribus tam Græcis quàm Latinis factū nouerimus, pal-


mam tamẽ vni facilè Ioan. Chryſoſtomo Archiepiſcopo Con ſtãtinopol. tribuemus, qui ſtuporẽ potius quàm admiratione ductus, hoſce duos Chriſtianæ noſtræ militiæ Duces atq; ſigniferos ita laudat, vt copioſiori verborum flumine illi in hoc non dico anteponendus, ſed ne conferendus quidem ſit quisquã alius. Cùm autem vel occaſione oblata, vel ex inſtituto, ſeorſim nũc de hoc, nunc de illo, at fuſius de Paulo (cuius ipſe eſt Interpres, laudumq; pręco diſertiſſimus) diuerſis in locis agat, ac potiſſimum Octo illis ſuis in laudes Pauli Homilijs, nusquã tamen vtriusq; ſimul omnes vitę actiones, glorioſiſſimumq; illorum Martyrium ita luculenter enarrat celebratq;, ut in duabus hiſce, quas & in ſua & noſtra lingua iã damus Orationibus, præſertim tamen priori illa, cui ideo de laudibus & Martyrio Principum Apoſtolorum facta eſt Inſcriptio. In poſteriori verò Homilia ſiue Oratione, licet de Duodecim ſimul Apoſtolis ſtatutum ſit ipſi agere in genere, vti ipſius indicat ἐπιγραφὴ, ita tamẽ de illis ſimul agit, vt de ijs potius obiter, de duobus autem hiſce magnis ſuis Apoſtolis ex profeſſo egiſſe ſit viſus, cùm & maior pars Homiliæ in illorum conſumatur termineturq; laude, ab eorum ſcilicet admiratione atq; amore omnino auelli neſciẽs. Eas autem vel hoc ſolo inſtituto è græco in Latinum conuertendas, & in vtraq; lingua edendas ſumpſimus, tum vt ex vberrimo illo Eloquentiæ flumine, nomine & re verè Chryſoſtomo, glorioſorũ illorum Principũ terræ, primorũ fidei ac religionis noſtræ Architectorum laudes, numquam ſatis pro dignitate celebratę, ſcaturiant pateantq; omnibus: tum vt veritas inſignium illorum Miraculorum, quę potiſſimum in Martyrio D. Pauli eueniſſe ſacra teſtatur vetuſtas, multaq; alia de quibus dubitatum eſt prius, ex fidedigniſſimo & antiquiſſimo hoc meo Auctore deinceps ob oculos ſint omnium. Quę ita partim hic à Chryſoſtomo, partim quoq; eius Argumenti occaſione, in noſtris hiſce Cõmentarijs tradita explicataq; ſpero, vt dubitatio omnis, in his quæ uel tractãtur, vel ſaltem attingũtur, facilè ſit ſublata, multaq; ante hac in Romana Hiſtoria à multis deſiderata,

rata,

rata, reperta atq; exculta, latētia patefacta, & obscura illustrata sint: sicuti reipsa præsenti hoc Opere præstitū cōperiet Sanctitas Vestra, sub cuius illud felicibus auspicijs Sanctæ Romanæ Ecclesię consecrare, & gratæ posteritati prodere visum est. Neq; verò dubito, quin tu Sāctissime Pater hoc vel eo tibi duces gratius, quod in illo veluti in quodā speculo visurus sis coruscantia illa duo Ecclesiæ lumina Petrū & Paulū, Petrū inquam, cuius tu verus es in Cathedra successor, quiq; Ecclesiam illam quam tu gubernandam suscepisti, instituit fundauit: Paulum, qui Doctrinam & religionem quam tu Gregori Pontifex Maxime vigilanter tueris, vna cum Petro plantauit prædicauit, qui simul ambo, vt sanctam Romanam Ecclesiā, cuius ipse clauum tenes, nobis benè fundatam relinquerent, vel proprio suo sanguine Christi Euangelium Romanis, cunctisq; fidelibus signatū relinquere non dubitarunt. Insignia igitur horum trophæa præsenti hoc Opere tamquā in promptuario quodam reposita, sub vnius Sanctitatis Vestræ potissimum nomine in publicum depromere voluimus, tum quòd opus hoc, non tam industria mea, quàm verius principali suo Auctore, præstantiaq; materiæ, quæ est de præstantissimis illis ex toto Apostolorum choro Apostolis, Sanctitate sua videretur dignū, tum ut illius editione, mea ipsi Studia commendata probataq; essent amplius: Cui ea & meipsum totum toto pectore, cum humili osculo Sacrorum suorum pedum, defero deuoueoq;. Dat. Romæ.

GVLIELMO SIRLETO ET ANTONIO CARAFÆ S. R. E. CARD. AMPLISSIMIS.

GERARDVS VOSSIVS SALVT.



I eos omnium sæculorum memoria Prisci celebrandos censebāt Cardinales Amplissimi Patroni optimi, qui pro aris & focis certabant, ciuiumq; tecta ab hostiū facibus illesa seruabant, multò sanè magis æternis laudū trophæis videtur celebrandi, qui ex præstantiori rerū culmine actiones suas cōfirmant, verioribusq; bonis insistūt: quæ cū sint alia atq; alia, omniū optimè ab illis agi dixero, qui ea tueri atq; ornare student, quæ ad cōmune omniū bonū magis faciūt, viāq; ad piè sancteq; secundū Dei placita viuendū ceteris sternunt. Ad quæ cū plurimū momenti habeant diuinæ litteræ, sacraq; Patrū oracula, conuenit profecto in hisce studiū omne nostrū poni, firmaq; hæc religionis atq; salutis nostræ propugnacula conseruari, ijs aduersus fidei hostes libenter vti, & quæcūq; eorū sudore atq; labore sunt parta nobisq; relicta tueri, adhuc latentia conquirere, conquisita excolere, deprauata restituere & restituta sub veris Auctorū suorū nominibus, in cōmune bonū Ecclesiæ, cui & sponso eius Christo elaborarūt ipsi, libenter depromere, neq; ea à Barbaris deperdi sinere, aut à tineis atq; blattis corrosa negligere, vt de fructu suorum laborū quē homines capiunt in terris, ipsi gaudere queant in cælis. In hoc autem vos Viri dignitatis amplitudine Illustrissimi, ingenioq; ac doctrina clarissimi excellitis ambo, quòd quæ Scripturæ sunt, aut orthodoxorū Patrum deprauata, restituātis, hactenus inter monumenta Patrum non repertæ, ex Orientalibus plagis conquiratis sedulò, nondumq; Latinis cognita, nunc per vos, nunc etiam per eos quorū tutò confidere possitis ingenio atq; doctrinæ, latinitate donetis ac recognoscatis, sicq; omnia pristino suo nitori restituere conemini, & tanto quidē studio, vt neminē vobis ante ponere, in his nè conferre quidē possim. Quis enim te Sirlete magna illa Religionis propugnacula, Patrum inquam Orthodoxorū græcorū pariter atq; latinorū monumēta conquirit diligētius, ab iniuria temporū & Barbarorū vindicat acrius, tueturq; melius: Nihil siquidē est veterū quātumuis abditū, quod ipse vel apud te nō habeas, aut non videris, quodue magna illa tua memoria non teneas. Hinc ego haud tacitus ceteris etiā qui te nō viderūt attestari soleo ingentē ac rarissimū illū librorū cuiusuis generis maximè verò manuscriptorū Græcorū Bibliothecæ tuæ thesaurū; diuinam et penè incredibilē illam tuā memoriā, qua integras non modo Patrū vtriusq; linguæ Periodos atq; sententias, sed & paginas, immo Patres ipsos magna cū facilitate retines enarras. Et vt ex multis, pro teste vnum adducā Chrysostomū, hunc tibi & familiarissimū habes, quæq; illum redolent aut ab eo aliena sunt, siue ea sint impressa, siue manuscriptorū mēbranis adhuc contenta, optimè decernis, illa magna ex parte illustras, & per alios etiam vt illustretur, nondūq; cōuersa cōuertantur procuras, ac ad eū effectū manuscriptos tuos Codices græcos lubens hisce quorum doctrinæ & integritati (quæ vel maximè in hisce Patrum scriptis, ne

depra-

deprauentur, requiritur) tutò fidere possis, communicas: quemadmodum in hisce Chrysostomi, quæ modo in lucem proferimus, alijsq; mihi è tuis manibus communicatis promptè amanterq; fecisti, me ad hæc ipsa studia prouocans cohortansq;. Et ne tuas in hisce laudes sileam Carafa, qui præter familiæ generisq; splendorem, ac dignitatis Cardinalitiæ amplitudinē, quā tuapte virtute adeptus es, hæc ipsa sectaris quæ animū verè illustrant, eas virtutes possides, quibus Deo gratus & homi nibus carus esse possis. Nota est ingenita illa morū tuorū suauitas atq; modestia, vitæ integritas eruditioq; rara, & vtriusq; in te linguæ peritia, qua magnos illos græciæ fontes secas, & per Versionū etiā tuarū riuulos, ad latinorum fluenta diducis. Leges diuinas atq; humanas à puero in optimis gymnasiis felicissimè didicisti, vt quæ ad Scripturæ & Iuriū cognoitionē pertinēt, grauiter disserere & maturè iudicare possis, vt hinc non immeritò, in hoc quidem iam pridem Signaturæ gratiæ, in eo autem nuper Congregationi Biblicæ à S. D. N. cui ingeniū tuum placet & eruditio, præfectus sis, & in vtroq; vtrisq; laudabiliter satisfacis. Hisce accedit diligens assiduumq; illud tuum studium, quod vel maximè in Scripturæ Patrumq; lectione ac veterum scriptis recognoscendis adhibes; & vt ceteri in eandē etiā rem suam operam collocent auctor es & Patronus. Et ne de tuo simul & Sirleti (qui simul estis veluti δύο σώματα ἐν ψυχῇ μιᾷ) in me studio & amore taceam, id liberè profiteri possum, me vestro amborum suasu atq; hortatu, iam inde à triennio, dum Patrios cogitarem lares, in alma Vrbe retentum, & in vestra illa arena edendis libris recognoscendisq; Veterum scriptis, occupatū exstitisse: ex cuius laboris fructu vestro penè beneficio, inter alia hoc tempore prodit nobile atq; insigne S. Ioannis Chrysostomi monumentū, de Laudibus & martyrio Principum Apostolorū Petri & Pauli, ac de Duodecim simul Apostolis, quod è græco latinitate recens donauimus, & in vtraq; lingua (in hoc Græcis pariterq; Latinis gratificari cupiētes) edidimus, vna cum Varijs lectionibus collatis, & Commentarijs adiunctis, quibus inter alia multa, Historiam Principū Apostolorū Petri & Pauli, minutim ex Veterū monumentis, vt historia Romana in his certior illustriorq; redderetur, occasione Argumenti duarū harū Orationū Chrysostomi persecuti sumus: Quæ autē deerūt, aut pro ratione Operis huc referri nequiuerunt, in alio quod breui spero edituri sumus Opere, plenissimè dabimus. Quæ dum paramus, hisce iam pridem à multis, etiam illis qui hasce Chrysostomi Orationes Studiosis in scholis prælegere ex hac nostra editione desiderarunt, exspectatis, frui licebit. Quæ summo quidem Pontifici, quòd de trophæo Petri cuius ipse in Cathedra est successor, & Pauli cuius Euāgelicæ prædicationis doctrinæ ipse vnicus Propugnator est, agatur, potissimū nuncupata, etiam à vobis duobus & meis & omnium bonorū atq; eruditorū hominū Patronis, in manus aliorū prodire cupiuimus. Interim me abs te Carrafa Cardinalis amari censebo ardentius, si hoc abs te impetrauero, vt & tua edas, & vt Cardinalis Sirletus quæ hactenus in Patribus græcis, maximè autem Chrysostomo restituit, ceteris tandem communicet, euulgariq; permittat, & sic fidem suam multis iam pridem datam, auideq; præstolantibus liberet, efficias: Quod opto, ac me meaq; studia æque vtriq; vestrum, & per vos Summo Pontifici, defero commendoq;. Valete, & fruimini, Romæ.

AVCTORES A GERARDO VOSSIO in hisce suis in Chrysostomum Commentarijs citati, hi sunt.

A

Ambrosius.
Augustinus.
Actorum & martyrij magnorũ Apostolorum Petri & Pauli antiquissimũ manuscriptum Exemplar Græcũ antonymũ.
Ado Episcopus Treuerensis.
Antoninus Eps Florentinus.

B

Basilius Magnus.
Bernardus.
Beda.

C

Caius antiquissimus Ecclesiæ Scriptor.
Clemens Alexandrinus.
Cyrillus.
Chrysostomus.
Concilium Chalcedonense.

D

Dionysius Areopagita.
Dionysius Corinthiacus.
Damascenus.
Damasus Papa.

E

Egesippus.
Eusebius Cæsariensis.
Eusebius Emissenus.
Epiphanius.
Euthymius.

G

Gregorius Magnus.
Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Emissenus.
Gregorius Turon. Episcopus.
Gaudẽtius Episcopus Brixiensis.

H

Hieronymus.
Honorius Augustudunẽ.

I

Isidorus Episcop. Ispalẽ.

L

Linus Papa.
Leo Papa.

M

Marcellus Petri discipulus.
Maximus Episcopus Taurineñ.

N

Nicephorus.

P

Paulus Orosius.
Paulinus Episcopus Nolanus.
Præsbyteri & Diaconi Ecclesiarum Achaiæ.
Prosper.
Prudentius.

R

Ruffinus.

S

Simeon Metaphrastes.
Sophronius.
Suetonius.

T


Testamentum nouum & Vetus.
Theodoritus Episcopus Cyri.
Theophilactus.
Tacitus.
Theocritus.

Z


Zephyrinus.

ΤΟΥ ἘΝ ἉΓΙΟΙΣ πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου ἐγκώμιον εἰς τοὺς κορυφαίους τῶν ἀποστόλων Πέτρον καὶ Παῦλον, καὶ τὸ αὐτῶν μαρτύριον ἐνδοξότατον.

S. PATRIS NOSTRI Ioannis Chrysostomi Archiepiscopi Cōstātinopolitani, Oratio Encomiastica, in Principes Apostolorum Petrum & Paulum, eorumdemq; Gloriosissimū Martyrium.



Οὐρανοῦ καὶ γῆς ἅμιλλαν ὁρῶ διὰ τὴν παροῦσαν πανήγυριν τῆς μνήμης τῶν ἀποστόλων. τῶν μὲν ἐπουρανίων δυνάμεων εὐφημουσῶν ἐντίμοις φωναῖς τὸ πόνου αὐτῶν τὸ διδασκάλιον, ὡς δι' αὐτῶν γνωρισθὲν αὐτοῖς τὸ τῆς οἰκονομίας μυστήριον,
ἐφεσ. γ'. καθὼς ὁ Παῦλος βοᾷ· ἵνα γνωρισθῇ νῦν ταῖς ἀρχαῖς καὶ ταῖς ἐξουσίαις ἐν τοῖς ἐπουρανίοις διὰ τῆς ἐκκλησίας ἡ πολυποίκιλος σοφία τοῦ θεοῦ. τῶν δὲ ἐπὶ γῆς ἀνθρώπων ἐκβιαζομένων ἀξίαν εὐφημίαν διὰ τῆς τιμῆς, πρὸς τοὺς κορυφαίους δεῖξαι, οἳ δι' αὐτῶν εἰς σωτηρίαν ἐπανελθόντων. τί γὰρ Πέτρου μεῖζον; τί δὲ Παύλου ἴσον; οἵ τινες τῷ ἔργῳ, καὶ τῷ λόγῳ πᾶσαν τὴν ἐν οὐρανοῖς καὶ



Certare inter se cælum terrāq; conspicio, de sollēni Apostolorū memoria celebranda. Nam & cælestium agmina collaudant honestis vocibus eorum laboris doctrinam, quippe quorū opera dispensationis sibi mysteriū innotuit, quemadmodum sua voce personat Paulus: Ephes. 3. Vt innotescat nunc principatibus & potestatibus in cælestibus per ecclesiā, multiformis sapientia Dei. Et in orbe terrarū, homines dignā, apostolorū principes exornādo, laudationē proferre totis neruis ac viribus cōnātur, vt qui per eos salutē adepti sint. Quid enim Petro maius, quid par Paulo? qui opere atq; sermone, creatā omnē naturam

μα\τθ. κη
μ\ρκ. ις'.

καὶ ἐπὶ γῆς κτίσιν ἐνίκησαν. οἱ τῷ πηλῷ τοῦ σώματος συμπεπλεγμένοι, καὶ ἀμείνους ἀγγέλων εὑρεθέντες. τί οὖν ἐροῦμεν πρὸς τοὺς διδασκάλους τῆς ἄνω καὶ τῆς κάτω κτίσεως; οὐχ εὑρίσκω γὰρ λόγον ἐπάξιον ἐγκωμιάσαι τοὺς ἐγκωμιάσαντας τὸ γένος ἡμῶν. τοὺς τὴν ἅπασαν γῆν καὶ θάλασσαν περιηχθέντας, καὶ τὰς ῥίζας τῶν ἁμαρτημάτων ἀνασπάσαντας, καὶ τὰ σπέρματα τῆς εὐσεβείας καταβαλόντας ἐν ταῖς καρδίαις τῶν ἀπειθέντων ἀνθρώπων. Πέτρος ὁ καθηγητὴς τῶν ἀποστόλων. Παῦλος ὁ γνώστης τῶν οἰκουμένης τῶν ἄνω δυνάμεων. Πέτρος τῶν ἀγνωμόνων ἰουδαίων ὁ χαλινός. Παῦλος τῶν ἐθνῶν ἡ παράκλησις. Καὶ βλέπε μοι τοῦ δεσπότου τὴν ὑπερέχουσαν σοφίαν. τὸν γὰρ πέτρον ἀπὸ ἁλιέων ἐξελέξατο, τὸν δὲ παῦλον ἀπὸ σκηνορράφων. καὶ τοῦτο δὲ πρὸς ὠφέλειαν πεποίηκεν. ἐβυθίζετο γὰρ ἡ δόξα τῶν ἰουδαίων. διὰ τοῦτο τούτῳ τῷ ἁλιεῖ ἐνεπίστευσεν ὁ κύριος, φήσας πρὸς αὐτόν· Ἄπελθε εἰς τὴν θάλασσαν καὶ βάλλε ἄγκιστρον καὶ τὸν ἀναβάντα πρῶτον ἰχθὺν ἆρας, ἀνοίξον τὸ στόμα αὐτοῦ, καὶ εὑρήσεις στατῆρα. θάλασσαν λέγων, τὴν τῶν ἀνόμων ἰουδαίων γνώμην. ἄγκιστρον τὸν ἔντεχνον λόγον τῆς διδασκαλίας.

μα\τθ. δ'
μ\ρκ. α'.
λουκ. ε'.
πρὰξ. τῶν ἀποσ. ιη'. καὶ κ'.
μα\τθ. ιζ

ἰχθὺν

cæleſtem ſimul ac terreſtrem ſuperarunt, ac homines corporis luto complicati, Angelis ipſis meliores exſtiterunt. Quid igitur, de vtriuſque naturæ Doctoribus dicemus? Neque enim dignam Orationẽ inuenio, qua laudes eas compenſem, quibus hi genus noſtrum tantopere honeſtarunt: qui terram omnem & mare colluſtrarunt, ſcelerum radices euulſerunt, pietatisq́ ſemina infidelium cordibus iniecerunt. Petrus Apoſtolorũ Dux. Paulus ordinis ſupernarũ virtutũ cognitor atq; inſpector. Petrus inſanorũ Iudæorũ frænum. Paulus gẽtium cohortatio. Cerne mihi ſublimem Domini ſapientiam, qua quidem Petrũ è piſcatoribus, Paulum verò è pellionibus elegit: idq́ ad vtilitatem fecit, nã Iudæorũ gloria deprimebatur. Quapropter huic tamquam piſcatori rectè Dominus fidit, cũ diceret: Vade ad mare & mitte hamum, & eum piſcem qui prius aſcenderit tolle, & aperto ore eius inuenies ſtaterem. Sceleratorum Iudæorum mentem, mare vocans. Hamus artificioſum doctrinæ ſermonem.

Matt. 28
Marc. 16
Mat. 4
Marc. 1
Act. Apoſtol. cap. 18. & 20
Mat. 17.

Piſ-

ἰχθὺν τὸν νόμον σημαίνει. τὸ δὲ ἀνοῖξαι τὸ στόμα αὐτοῦ, τὸ ἑρμηνεύειν λέγει αὐτόν. τῷ δὲ Παύλῳ ὡς σκηνορράφῳ ὅλα τὰ ἔθνη ἐνεχείρισεν. ἵνα ἐνδύσῃ τοὺς νόμου καὶ τῆς χάριτος γυμνοὺς τὸ κόκκινον δέρμα, τὸ ἐξ ὕδατος καὶ αἵματος δεσποτικοῦ βαφέν. οὕτως αὐτῷ ὁ δεσπότης βοῶν. Ἄπελθε ὅτι ἐγὼ εἰς ἔθνη μακρὰν ἀποστελῶ σε. ὦ μακαρία δυὰς ἡ πιστευθεῖσα ὅλου τοῦ κόσμου τὰς ψυχάς. Πέτρος ἡ ἀρχὴ τῆς ὀρθοδοξίας. ὁ μέγας τῆς ἐκκλησίας ἱεροφάντης. ὁ ἀναγκαῖος σύμβουλος τῶν χριστιανῶν. τὸ κειμήλιον τῶν ἄνω δυνάμεων. ὁ τετιμημένος ὑπὸ τοῦ δεσπότου ἀπόστολος. Παῦλος ὁ μέγας τῆς ἀληθείας κῆρυξ, τὸ καύχημα τῆς οἰκουμένης, ὁ ἐν οὐρανοῖς ἄνθρωπος, καὶ ἐπὶ γῆς ἄγγελος. ἡ δόξα τῆς ἐκκλησίας. ὁ ἐν ὑψηλοῖς ἀετός. ἡ λύρα τοῦ πνεύματος. ἡ χελιδὼν καὶ τέττιξ, τὸ ὄργανον τὸ δεσποτικόν. ὁ γρήγορος τοῦ χριστοῦ ὑπηρέτης. Παῦλος καὶ Πέτρος, οἱ ζευκτοὶ βόες τῆς ἐκκλησίας. οἱ καλὴν πραγματείαν τῇ οἰκουμένῃ πραγματευσάμενοι. οἱ τὸν σταυρὸν ἀντὶ ζυγοῦ ἄραντες, ἀντὶ δὲ ἐπιβάτου τὸν σωτῆρα. ἀντὶ δὲ ζευγλῶν, τὰς τῶν γραφῶν διαθήκας. ἀντὶ δὲ κέντρου, τὴν χάριν τοῦ ἁγίου πνεύματος. Παῦλος καὶ πέτρος, οἱ τὴν ἐκκλη-

Πράξ. τῶν ἀποστόλ. κβ'.

Piscis legem significat. Os denique aperire, interpretari. Paulo verò tāmquā sutori, gentes commisit vniuersas: vt tam eos qui à lege, quàm qui à gratia nudi erāt, pelle coccinea indueret, Domini aqua & sanguine intincta. Sic ad eum clamat Dominus. Vade quoniam ego in nationes longe mittā te. O par beatum, cuius fidei totius mundi animæ sunt concreditæ. Petrus orthodoxæ fidei principiū, magnus atq; illustris Ecclesiæ Sacerdos, necessarius Christianorum consiliarius, supernarum potestatum thesaurus, honoratus a Domino Apostolus. Paulus magnus præco veritatis, vniuersi terrarum orbis gloria, in cœlis homo & in terra Angelus, Decus Ecclesiæ, in sublimibus aquila, lyra Spiritus. Hirundo atq; cicada. Organum dominicū. Vigilans Christi minister. Petrus & Paulus iugati Boues Ecclesiæ. Qui orbi terrarum, insignē operā nauarunt. Qui pro iugo, Crucē sustulerunt. At pro sessore, Saluatorē. Pro iugi nexu, Scripturarum vtrumq; testamentū. Pro stimulo, Spiritus sancti gratiā. Petrus & Paulus Ecclesiæ lumina-

Act. 22

ἐκκλησίαν καθ' ἡμέραν φαιδρύ-
νοντες. τὰ ταμιεῖα τὰ δεσποτικά.
τὰ πανδοχεῖα τῆς οἰκουμένης.
τὰ δοχεῖα τοῦ πνεύματος. τῆς ἁ-
γίας τριάδος τὰ ἑρμηνευτήρια.
τῆς οἰκονομίας τοῦ θείου λόγου οἱ
ὑφηγηταί. πέτρος ὁ ἐμὸς πνευ-
πράξ. ματικὸς ἔρως. παῦλος, τὸ σκεῦος
ἀποςόλ. τῆς ἐκλογῆς, ἡ ἐμὴ βακτηρία. πέ-
κεφ. θ'. τρος, ὁ ναὸς τοῦ θεοῦ. παῦλος, τὸ
ςόμα τοῦ χριςοῦ, ἡ λύρα τοῦ πνεύ-
ματος. ὁ τρίπηχυς. καὶ τῶν οὐρανῶν
ἁπτόμενος. ὁ ἐν τόπῳ περιγρα-
φόμενος, καὶ τὸν κόσμον ἅπαντα τῷ
ῥωμαί. ιε. δεσπότῃ περιγράφων. ὁ ἀπὸ Ἱε-
ρουσαλὴμ καὶ κύκλῳ μέχρι τοῦ Ἰλλυ-
ρικοῦ πεπληρωκὼς τὸ εὐαγγέ-
λιον τοῦ χριςοῦ. ὁ ὀξύδρομος δρο-
μεύς. ὁ εἰς οὐρανὸν ἀνιπτάμενος ἀε-
τός. ὁ θείας χάριτος πεπληρωμέ-
νος. ὁ μαρτυρούμενος ὑπὸ τοῦ κυρίου
πράξ. βαςάζειν τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐνώπιον
ἀπος. θ'. πάσης τῆς οἰκουμένης. ὁ τρίτον
β'. κορ. ιβ' οὐρανὸν διελθὼν, καὶ εἰς παράδει-
σον εἰσελθὼν καὶ μέχρι τῆς δεσπο-
τικῆς καὶ ἀπερινοήτου καθέδρας
ἀναβὰς, καὶ ἀκούσας τῶν ἀπορρή-
των μυςηρίων, ὧν οὐκ ἐξὸν ἀνθρώ-
πῳ λαλῆσαι. Τί δὲ καὶ πρὸς πέ-
τρον ἐροῦμεν; τὸ γλυκὺ τῆς ἐκκλησί-
ας θέαμα, ἡ λαμπηδὼν τῆς οἰκου-
μένης, ἡ προαγνὸς περιςερὰ, ὁ κα-
θηγητὴς τῶν ἀποςόλων, ὁ θερμὸς
ἀπόςο-

*minaria, quibus ipsa cottidie
illuminatur. Penuaria domini-
ca, publica totius mundi hospi-
tia, spiritus receptacula, apta
sanctæ Trinitatis interpretan-
dæ instrumenta, diuini verbi
œconomiæ Doctores. Petrus spi
ritalis meus amor: Paulus vas* Act. Apo
electionis, meus baculus. Petrus stol. 9. ca.
*templum Dei. Paulus os Chri-
sti, lyra spiritus, qui tricubita-
lis est, & cælum attingit, qui lo
co circumscribitur & vniuer-
sum mundum Domino circun-
scribit, qui ab Hierusalem per* Rom. 15.
*circumitum vsq; ad Illyricum
repleuit Euangelium Christi.
cursor velocissimus, in cælum
aquila volitans, diuina reple-
tus gratia, quem testatur Do-
minus suum nomen, per vni-* Act. Apo
uersum terrarum orbem fer- stol. 9. ca.
*re. Qui tertium cælum perua-
sit & paradisum ingressus est,
& vsq; ad Dominicam incom-* 2. Cor. ca.
prehensibilemq; cathedram a- 12.
*scendit, & audiuit arcana my-
steria, quæ non licet homini lo-
qui. Sed de Petro quid dice-
mus? qui dulce spectaculum est
Ecclesiæ, splendor totius mun-
di, columba castissima, Apo-
stolorum Doctor. Apostolus
ar-*

ἀπόστολος, ὁ ζέων τῷ πνεύματι.
ὁ ἄγγελος καὶ ἄνθρωπος. ὁ χάριτος
ματθ. ιϛ μεμεστωμένος, ἡ στερεὰ τῆς πίστεως
πέτρα, τὸ γηραλέον τῆς ἐκκλησί-
ας φρόνημα, ὁ μακάριος καὶ υἱὸς
περιστερᾶς ἀκούσας διὰ τὴν ἁγνεί-
αν ἐκ τοῦ δεσποτικοῦ στόματος, ὁ τὰς
αὐτόθι. κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν
ἐξ αὐτοῦ τοῦ κυρίου εἰληφώς. τῶν ἀγ-
γέλων τὰ τάγματα ὑμεῖς ἐσυλή-
σατε. καὶ τί πολλὰ λέγω; αὐτὸς ὁ
κύριος ἐγκωμιάζει ὑμᾶς, λέγων.
ματθ. ε'. ὑμεῖς ἐστὲ τὸ φῶς τοῦ κόσμου. οἱ βα-
σιλέων εὐπορώτεροι. οἱ πλουσίων
δυνατώτεροι, οἱ σοφῶν καὶ φιλοσό-
φων σοφώτεροι. οἱ ῥητόρων εὐ-
β'. κορ. ϛ'. γλωττότεροι, οἱ μηδὲν ἔχοντες καὶ
πάντα κατέχοντες. ὑμεῖς ἐστὲ τῶν
μαρτύρων ὑπομονή. τῶν πατριαρ-
χῶν τὸ ὀρθόδοξον. τῶν μοναζόντων
ἡ ἄσκησις. τῶν παρθένων οἱ στεφα-
νῖται. τῶν ἐν ὁμοζυγίαις οἱ εἰρηνο-
ποιοί. τῶν ἁρπακτῶν πλουσίων οἱ χα-
λινοί. τῶν ἀκολάστων οἱ σωφρονι-
σταί. ἡ σκέπη τῶν βασιλέων, τὰ τεί-
χη τῶν χριστιανῶν, τῶν βαρβάρων οἱ
ἀντίπαλοι. οἱ φιμὸν τοῖς αἱρετικοῖς
ἐπιθέντες. οἱ νεκροῦντες τὰ πάθη
τῶν σωμάτων οἱ τοὺς λεγεῶνας τῶν
δαιμόνων ἀπελάσαντες. οἱ τοὺς
βωμοὺς τῶν ἑλλήνων καθελόντες. οἱ
τὰ ἄνω καὶ τὰ κάτω κληρονομή-
σαντες. τῶν μὲν ἄνω τὰς κλεῖς εἰλη-
φότες

ardēs, spiritu feruens. Angelus
& homo, gratia plenus, firma fi
dei petra, senilis Ecclesiæ sapiē- Mat. 16.
tia, qui ob puritatem beatus &
filius columbæ, ex dominico
ore audiuit. Qui claues regni Ibidem
cælorū ab ipso Domino accepit.
Angelorum ordines vos exspo-
liastis. Et quid multis? Ipse vos
Dominus laudibus ornat, in-
quiens. Vos estis lux mūdi. Qui Matth. 5.
regibus estis copiosiores, diuiti-
bus potentiores, sapientibus &
philosophis sapientiores. orato-
ribus eloquentiores, nihil habē- 2. Cor. 6.
tes & omnia possidentes. Vos
estis Martyrum patientia, Pa-
triarcharū fides, Solitariorum
exercitatio. Virginum corona-
tores. pacificatores coniugum.
rapacium diuitum frena, intem
perantium impudicorumq; ca-
stigatores ac moderatores. Re-
gum protectio, Christianorum
muri. Barbarorum aduersarij.
Vos hæreticorum audaciam
refrenatis, animi perturbatio-
nes comprimitis, dæmonum
legiones exegistis, græcorum
aras euertistis. Inferiorum su-
pernarumq; rerum. hæredes
constituti, illarum siquidem cla
ues, istarum ligandi atque sol-
uendi

ματθ.ις φόρτες, τὴν δὲ κάτω λύειν καὶ δεσμεῖν ἁμαρτίας ἐξουσίαν ἔχοντες. ὢ τοῦ ἰδιώτου τὸ θαῦμα. ὢ τοῦ ἀγραμμάτου ἡ σοφία. πέτρος ὁ ἐν τῇ σκιᾷ αὐτοῦ παραλυτικοὺς σφίγγων καὶ θάνατον λύων. παῦλος ὁ ἐν τοῖς ἱματίοις αὐτοῦ νοσήματα ἐκδιώκων, καὶ δαίμονας φυγαδεύων. οἱ εἰς μέσον τὴν μητέρα τοῦ κυρίου ἔχοντες, καὶ κρείττους πνεύματος δικαίου ὑπάρχοντες. παῦλος, ἡ ἄπαυστος χελιδὼν τῆς ἐκκλησίας. πέτρος ὁ διηνεκῶς τῇ οἰκουμένῃ καθάπερ ἀηδὼν λαλῶν ἀπαύστως. οἱ στύλοι τῆς ἐκκλησίας. οἱ μεγάλοι τῆς οἰκουμένης φωστῆρες. οἱ κρείττους ἀλλήλων, καὶ ἀμείνους πάσης ὁμοῦ τῆς
ματθ.ις κτίσεως. χαίροις πέτρε τῆς πίστεως ἡ πέτρα. χαίροις παῦλε τῆς ἐκκλησίας, τὸ καύχημα. οἱ μυρία
πράξ. δι' αὐτὴν ὑπομείναντες, ἐν φυλα-
κεφ.δ'.ε'. καῖς κατακλειόμενοι, ὑπὸ ἰουδαίων
ιβ'.ις'.ιθ' βδελυττόμενοι, ὑπὸ βαρβάρων
κα'.κβ'. συρόμενοι, ὑπὸ βασιλέων αἰκιζό-
κγ'.κδ'. μενοι, οἱ ἀναπνεῖν εὐχερῶς μὴ
κς'.κζ'. συγχωρούμενοι, καὶ παύσασθαι
καὶ α'.κορ. μὴ ἀνεχόμενοι τῆς διδασκαλίας.
δ'.β'.κορ. οἱ μέλος τοῦ σώματος κινῆσαι μὴ
ια'.καὶ ιβ'. δυνάμενοι διὰ τὸ βάρος τῶν δεινῶν, καὶ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην δεδεμένην τῇ ἁμαρτίᾳ δι' ἐπιστολῶν λύοντες. τῶν δαιμό-

νων

uendi crimina, potestatem acce- Mat. 16
pistis. O Idiotæ miraculum. O Illiterati sapientiam. Petrus sua ipsius umbra, paralyticos solidauit, & mortem destruxit. Paulus vestimentis suis morbos propulit, & dæmonas fugauit. Qui in medio habetis matrem Domini, & iusto spiritu estis potentiores. Paulus quidem indefessa ecclesiæ hirundo. Petrus verò orbi terrarum continuus; quemadmodum luscinia assiduè canens. Ecclesiæ columnæ, magna mundi lumina; vobis inter vos præstantiores, & quauis simul creata natura ex-
cellẽtiores. Gaudeas Petre fidei Mat. 16
petra. Gaudeas Paule ecclesiæ gloriatio, qui infinita propter
ipsam sustinuistis mala, carce- Act. 4. 5.
ribus inclusi, à Iudeis abomina- 12. 16. 19
tioni habiti, à Barbaris indi- 21. 22. 23
gnè tractati, à Regibus ignomi- 24. 26.
niosis verberibus affecti: quibus 27. Et 1.
nec commodè respirandi, nec à Cor. 4. ac
docẽdo, consistendi facultas est 2. Cor. 11
concessa: qui ne membrum qui- et 12. cap.
dem corporis prægrauiorum rerum pondere mouere potuistis: totumq; terrarum orbem sceleribus deuinctum, vestris salutaribus Epistolis soluistis. Vos

dæ-

τῶν τὰς φάλαγγας ὑμεῖς κατε-
στρώσατε· δι' ὑμῶν ἡ τοῦ ἁγίου
πνεύματος χάρις εἰς τὴν οἰκου-
μένην ἐφήπλωται. τὴν ἀχλὺν
τῆς πλάνης ὑμεῖς ἀπὸ τῆς γῆς συ-
νεστείλατε. ποίας οὖν δὲ χαρι-
στίας ἀνταποδῶμεν ὑμῖν; τοσαῦ-
τα κεκοπιακόσι δι' ἡμᾶς; μιμνή-
σκομαί σε πέτρε, καὶ ἐκπλήττο-
μαι. ἀναμιμνήσκομαί σε παῦ-
λε, καὶ ἐξιστάμενος δάκρυσι συ-
νέχομαι. τί γὰρ εἴπω ἢ τί λαλή-
σω, ἀναθεωρῶν ὑμῶν τὰς θλί-
ψεις, οὐκ οἶδα. πόσας φυλακὰς
ἡγιάσατε; πόσας ἁλύσεις ἐλαμ-
πρύνατε; πόσας βασάνους ὑπε-
μείνατε; πόσας λοιδορίας παρε-
ποιήσασθε; πῶς τὸν χριστὸν ἐβα-
στάσατε; πῶς τὰς ἐκκλησίας ἐφαι-
δρύνατε τῷ κηρύγματι; εὐλο-
γημένον τὸ ὄργανον τῆς γλώττης
ὑμῶν, αἵματι συμπεφυρμένα διὰ
τὴν ἐκκλησίαν τὰ μέλη ὑμῶν
τυγχάνει. ἀνελλιπῶς ἐν πᾶσι τὸν
χριστὸν ὑμεῖς ἐμιμήσασθε. εἰς πᾶ-
σαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος
ψαλμ. ιη ὑμῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκου-
καὶ ῥωμ. ι. μένης τὰ ῥήματα ὑμῶν. ἀδιάρρη-
κτον τὴν ὑφ' ὑμῶν νυμφευθεῖσαν ἐκ-
κλησίαν φυλάξει ὁ χριστός. οὐδεὶς
πρὸ ὑμῶν, οὐδὲ μεθ' ὑμᾶς ἐφάνη
τοιοῦτος. τίς γὰρ τὸν διδασκαλικὸν
λόγον ἐπέχων ἀπετόλμησε λέ-

γειν

dæmonum phalāgas præcipites
egistis. Vos ubiq; terrarum spi-
ritus sancti munera diffudi-
stis. Vos erroris caliginem, tellu
ri compressistis. Quanam igi-
tur gratiarum actione, tot tan
tosq; labores compensabimus,
quos nostri caussa pertulistis?
Memini tui Petre, & obstu-
pesco. Recordor tui Paule, &
quasi extra me positus, non nisi
lacrymis profūdor. Quid enim
dicā aut quid loquar, dum ve-
stras contemplor angustias, non
intelligo. Quot carceres san-
ctificastis? Quot catenas illu-
strastis? Quot tormenta susti-
nuistis? quot conuitijs immerito
lacessiti estis? Vt Christū gessi-
stis? ut Ecclesias prædicatione
exhilarastis? Benedictū instru
mentum lingua vestra: mem-
bra vestra sanguine perfusa
sunt propter Ecclesiam. Vos in
omnibus semper Christum imi
tati estis. In omnem terrā exijt Psalm. 18
sonus vester, & in fines Orbis & Ro. 10
terræ, vestra uerba. Indiuulsam
suam sponsam Ecclesiā a vobis
desponsatam, conseruabit Chri
stus. Nemo ante vos neque post
vos, talis apparuit. Quis enim
magistri officio fungens, dicere

quidquam

γεῖ; τί ἀντὶ τῆς ὑμῶν παραδόσεως; πάντας διδασκάλους ὑμεῖς ἀπετελέσατε. ἐνίκησεν τὰς ἡμετέρας πηρώσεις ἡ ὑμετέρα ὑπομονή.

ῥωμαί. θ' α. κορ. θ'.

ἀνάθεμα εἶναι αὐτοὶ εὐχόμενοι, ἵνα τὸν κόσμον κερδήσητε. τί οὖν ἀνταποδώσωμεν ὑμῖν περὶ πάντων ὧν ἀνταπεδώκατε ἡμῖν ἀγαθῶν; σήμερον ὑμῶν τῆς ἀθλήσεως ἐστὶ τὸ μνημόσυνον.

μαρτύριον τοῦ ἁγίου πέτρου.

Χαίροις πέτρε, ὁ τοῦ ξύλου τοῦ σταυροῦ ἀπολαύσας, καὶ καθ' ὁμοιότητα τοῦ διδασκάλου σταυρωθῆναι μὴ θελήσας, ἐν ὀρθίῳ τῷ σχήματι, καθὼς ὁ δεσπότης ἡμῶν, ἀλλὰ μᾶλλον ἐπὶ κεφαλὴν, ὡς εἰς οὐρανὸν τὴν πορείαν ἐπὶ γῆς ποιούμενος. ὢ εὐλογημένοι ἧλοι, οἵτινες τὰ ἅγια ἐκεῖνα μέλη διῆλθον, τὰ ἐμοὶ ποθεινὰ, καὶ κρείττω οὐρανίου δόξης μοι ὄντα. ὁ μετὰ παρρησίας ταῖς χερσὶ τοῦ δεσπότου τὴν ψυχὴν παραδοὺς, ὁ δουλεύσας τῷ κυρίῳ ἀπερισπάστως, καὶ τῇ νυμφευθείσῃ αὐτῷ ἐκκλησίᾳ μετὰ πάσης προθυμίας. ὁ φιλοδέσποτος, ὁ εὐδούλευτος τῷ κυρίῳ, ὁ ζέων τῷ πνεύματι, ὁ πιστὸς τοῦ δεσπότου τῶν ἁπάντων ἀπόστολος.

μαρτύριον τοῦ ἁγίου παύλου.

Παῦλος δὲ ὁ μακάριος τὴν κεφαλὴν ξίφει ἀπετμήθη, ὁ ἀνεκδιήγητος ἄνθρωπος. ποῖον ξίφος διῆλθεν ἐκεῖνον τὸν λάρυγγα, τὸ δι-

quidquam ultra vestram traditionem ausus fuerit? Cūctos doctores vos perfecistis. Vicit nostri cordis duritiem, vestra tolerantia.

Rom. 9. 1. Cor. 9.

Anathema ipsi esse optantes, ut mundum lucrifaceretis. Quid igitur vobis retribuemus, pro omnibus bonis quæ retribuistis nobis? Hodie certaminis vestri celebratur memoria.

Martyrium S. Petri.

Gaudeas Petre, qui ligno crucis fruitus es, & ad magistri similitudinem, recta quidem figura, sicut Dominus noster crucifigi noluisti, sed magis inverso capite, veluti in terra ad cælum iter parans. O clavos illos beatos qui membra illa sanctissima pertransierūt, membra mihi optabilia, ipsáq; cælesti gloria longè meliora: qui cum fiducia, spiritum in manus Domini tradidisti, qui continuè Domino, ipsiq; desponsatæ Ecclesiæ summa cum animi alacritate inservisti, Domini amans, rectèq; domino serviens, spiritu fervens, tu omnium Domini, fidus Apostolus.

Martyrium S. Pauli.

Beatus autem Paulus cui caput ense præcisum est, vir cuius laudes verbis exprimi nequeunt. At cuiusmodi ensis illius guttur, domi-

τὸ δεσποτικὸν ὄργανον, τὸ ὑπ' οὐρανοῦ θαυμαζόμενον, καὶ ἐπὶ ἀπὸ γῆς φριττόμενον. ποῖος τόπος τὸ σὸν ἐδέξατο τὸ αἷμα, τὸ γαλακτοειδὲς ὀφθὲν ἐν τῷ χιτῶνι τοῦ σὲ ἀνασκολοπίσαντος, ὅπερ τὴν βάρβαρον αὐτοῦ ψυχὴν ὑπὲρ μέλι γλυκεῖαν, πιστὸν παρεσκεύασεν γενέσθαι μετὰ τῶν συνταίρων· ἐμοὶ ξίφος ἐκεῖνο γένοιτο ἀντὶ στεφάνου. ὃς τριάκοντα πέντε ἐδούλωσεν τῷ κυρίῳ μετὰ πάσης προθυμίας. τελέσας δὲ τὸν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας δρόμον, ἀνεπαύσατο ἐτῶν ἑξήκοντα ὀκτώ. ἀντιφθεγγώμεθα ὑμῖν τὰς μακαρίους ὑμῶν φωνάς· χαίρετε ἐν κυρίῳ πάντοτε. ἀδιαλείπτως ὑπὲρ ἡμῶν προσεύχεσθε. τὰς ὑποσχέσεις ὑμῶν ἐκπληρώσατε. ἀνακράζεις γὰρ μακάριε Πέτρε, οὕτως φάσκων· σπουδάσω μετὰ τὴν ἐμὴν ἄφεξιν τὴν ὑμετέραν μνήμην ποιεῖσθαι. ἔστιν οὖν ὁ μακάριος πέτρος ὁ τοῦ χριστοῦ ἀπόστολος ἀπὸ βηθσαϊδὰ τῆς γαλιλαίας, ἔνθα ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς χριστὸς τὰς πλείστας θαυματουργίας εἰργάσατο, ἐξ ἧς καὶ ὁ φίλιππος ὥρμητο πόλεως· ὁ δὲ μακάριος παῦλος ἀπὸ τάρσου τῆς κιλικίας. κεκοίμηνται δὲ ἐν τῇ μεγαλοπόλει Ῥώμῃ τῇ ἀρ-

χαίᾳ

Θαῦμα λαμπρόν

ἐπιστροφὴ βαρβάρων.

ἡλικία τοῦ ἁγίου παύλου.

τάξις κορυφαίων τῶν ἀποστόλων.

πράξ. κά. κβ'. καὶ κγ'.

dominicũ, inquam, instrumentũ cælo suspiciendum & terræ tremendũ peruasit? Qualis locus tuũ Paule sãguinẽ excepit, qui lacteus apparuit in eius veste qui te percussit, qui quidẽ sanguis barbaricum illius animum reddens melle dulciorem, vt ipse vna cum socijs ad fidẽ traduceretur, ita affecit: Sit mihi instar coronæ gladius ille, qui triginta & quinq; viros, summa ad seruiendum alacritate, Domino mancipauit. Perfecto denique octo & sexaginta annorum vitæ cursu, quem pro pietate institutum tenuerat, quieuit: Vobis beatas vestras voces, vicissim reddimus: Gaudete in Domino semper, absq; intermissione pro nobis orate, repromissiones vestras explete: Succlamas enim beate Petre, sic dicens: Studebo post meum aduentum memoriam vestri facere. Est autẽ beatus Petrus Apostolus Christi à Bethsaida Galileæ, vbi Dominus noster Iesus Christus plurima miracula operatus est, vnde & Philippus prodijt, Beatus verò Paulus ex Vrbe Ciliciæ Tarso. Obdormiere autem in magna vrbe Roma ve-

Miraculũ insigne.

Conuersio Barbarorum.

Aetas Diui Pauli.

2. Petri. 1

Patria prĩcipũ Apostolorum.

Actor. 21 22. 23.

 teri

Ἡ μέρα τῦ μαρτυρείυ Πέτρυ καὶ Παύλου.

χαίᾳ. μηνὶ ἰουνίῳ εἰκάδι ἐννάτῃ ἐπὶ Νέρωνος τῦ ἀνομωτάτου βασιλέων ἀναιρεθέντες, καὶ πρὸς τὸν διδάσκαλον καὶ κύριον τῶν ἁπάντων μετὰ πλείστας πραγματείας ἀφικόμενοι.

Πᾶσαν οὖν σπουδὴν ἐπιδείξασθαι ὀφείλομεν ἀγαπητοὶ δεόμενοι τῦ παμβασιλέως χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν. ἵνα ἡμᾶς ἀξιώσῃ τῇ αὐτοῦ φιλανθρωπίᾳ ταῖς αὐτῶν παραδόσεσιν, καὶ διδασκαλίαις ἐμμένειν, ἵνα λάβωμεν ἔλεος ἔμπροσθεν τοῦ βήματος αὐτοῦ. δι᾽ οὗ καὶ μεθ᾽ οὗ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ ἡ δόξα σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Ἀμήν.

teri, vigeſimo nono die menſis Iunÿ, ſub iniquiſsimo Imperatore Nerone è medio ſublati, Et ad omnium Dominũ atque magiſtrum plurimis rebus præclariſsimè geſtis profecti.

Dies martyrÿ Petri, & Pauli.


Omne itaque ſtudium cariſsimi adhibeamus, precantes omniũ regem Chriſtum Deum noſtrũ, vti nos pro ſuo in humanum genus amore dignos reddat, qui poſsimus illorum inſtitutis atq; doctrinis feliciter inſiſtere, vt conſequamur miſericordiã coram Tribunali ipſius: Per quẽ & cum quo, Deo & Patri honor cum Sãctiſsimo & optimo & viuifico Spiritu, nunc & ſemper, in Secula Seculorum.

Amen.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΧΡΥΣΟ-στόμου Ὁμιλία εἰς τοὺς ἁγίους Δώδεκα Ἀποστόλους.

λουκ. ε'. 
Εἰκότως καὶ τήμερον ἐπιφοιτήσει τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἡ τῶν ἁλιέων αὕτη πεπλήρωται σαγήνη, αὐτοκελεύστως ἐν αὐτῇ τῶν λογικῶν ἰχθύων ἡμῶν εἰσπηδώντων,
πραξ. β'. ὁ γὰρ λόγος τοῦ λόγου τοὺς ἀγραμμάτους σοφίσας, καὶ γλώσσαις πυρίναις τοὺς βραδυγλώσσους στομώσας, τὴν τέχνην αὐτῶν μετέθηκεν
ματθ. δ'. ἐπὶ τὸ θειότερον, λέγων· δεῦτε ὀ-
μάρκ. α'. πίσω μου, καὶ ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς
λουκ. ς'. ἀνθρώπων. εἶπε, δεῦτε ὀπίσω μου,
καὶ θ'. καὶ πάντα πρὸς τὸ κρεῖττον εὐθὺς
ματθ. ι'. μετεβλήθη. δώδεκα ἐπιλεχθέν-
ἰωάν. γ'. τες ἐτύγχανον ἀθληταὶ, καὶ τούτων οὐδαμῶς οὐδεὶς ἔμεινεν ἀστεφάνωτος. ἡ γὰρ μία χάρις τοῖς ἅπασι
ψαλμ. μ'. συνῆλθε καὶ συνέτρεχεν. καὶ τὴν
ματθ. κς' ἑκάστου νίκην δοκιμωτέραν ἐδεί-
μάρκ. γ'. κνυεν. μόνος ὁ τάλας ἰούδας τῆς
καὶ ιδ'. τοιαύτης ἀγκύρας ἑαυτὸν ἀπε-
λουκ. ς'. σχοίνησεν, φιλήματι τοῖς λύκοις
καὶ κβ'. ὑποδείξας τὸ πρόβατον, καὶ τριά-
ἰωάν. ς'. κοντα ἀργυρίων πωλήσας τὸν κύ-
καὶ ιη'. ριον· τὸ γὰρ αἷμα τοῦ πραθέντος τὸν
πράξ. α'. κόσμον ἠγόρασεν. ἀλλ' ὦ τῆς ὑμῶν ἀπόστολοι μακαρίας καὶ λαμπρᾶς ξυνω-

EIVSDEM CHRYSO-stomi Homilia in Sãctos Duodecim Apostolos.


Merito etiam hodie in aduentu Spiritus Sancti, sagena hæc piscatorũ impleta est, dum nos in eam pisces rationis compotes vltro insilimus. Luc. 5.
Nam Verbum verbi illiteratos erudiens, Actor. 2.
& linguis igneis tardiloquos corroborãs, artem eorum in diuinius quoddã trãstulit, cũ dice-
ret: Venite post me & faciã vos Matth. 4. Marc. 1.
piscatores hominum. Dixit, Ve- Luc. 6. et 9
nite post me, & cuncta è vesti- Ioan. 6.
gio in melius fuere traducta,
Duodecim electi erãt Athletæ; Matth. 10
& horum nemo remansit inco- Marc. 3.
ronatus. Vna enim gratia cum omnibus simul certabat, & currebat, quæ vniuscuiusq; victoriam reddidit illustriorẽ: Vnus Psalm. 40
infelix Iudas ab huiusmodi an- Matt. 26.
chora se diuulsit, osculo lupis Marc. 3.
prodens Ouem, et triginta argẽ- & 14.
teis vendens Dominum, san- Luc. 6. &
guis autem venditi mercatus 22.
est mundum. Sed O felicem il- Ioan. 6. &
lam & præclaram Apostoli ve- 18.
stram & morum & animorum Actor. 1.

-ξωωωείδος. ὅτι τὰ πάντα τοῖς πᾶσι γεγόνατε χάριτι, οὐ καλάμῳ, ἀλλὰ λόγῳ τὰς τῶν ἀνθρώπων ἀγέλας ἐμπείρως ζωγρήσαντες· ὑμεῖς γὰρ ἐστὲ τῆς ὀρθοδοξίας ἀμετάθετοι στῦλοι, τῆς ἐκκλησίας πέτρα, τῆς βασιλείας πέτρα σκῆπτρα, καὶ τοῦ ποιμνίου μάλιστα τούτου ἄγρυπνοι προστάται, τῆς νοσούσης ἀνθρωπότητος ἄμισθοι ἰατροὶ, καὶ τῆς ἡμῶν μετανοίας πρὸς θεὸν ἀνάδοχοι συμπαθεῖς. ὡς γὰρ ἀκμόνες τινὲς ἔμψυχοι τυγχάνοντες, ἐν τῷ τύπτεσθαι τοὺς τύπτοντας ἐχαλκεύσατε πρὸς ἐπίγνωσιν. Πέτρος ἐντεῦθεν μαθητεύει τὴν ῥώμην. Παῦλος ἐκεῖθεν εὐαγγελίζεται κόσμον. Ἀνδρέας τῆς ἑλλάδος σοφοὺς διορθοῦται. Σίμων διδάσκει τὸν θεὸν τοὺς βαρβάρους. Θωμᾶς διὰ βαπτίσματος λευκαίνει τοὺς αἰθίοπας. Ἰακώβου τὴν καθέδραν ἡ ἰουδαία τιμᾶ. Μάρκου τὸν θρόνον ἀλεξάνδρεια ἡ παρὰ νεῖλον ἀσπάζεται. Λουκᾶς καὶ Ματθαῖος γράφουσι τὰ εὐαγγέλια. Ἰωάννης ἔτι θεολογῶν καὶ μετὰ τέλος ὡς ζῶν θεραπεύει τὴν ἔφεσον, Βαρθολομαῖος παιδαγωγεῖ σωφρονεῖν τοὺς λυκάονας. Φίλιππος θαυματουργῶν, σώζει τὴν ἱεράπολιν. ἅπαντες ἀπανταχοῦ πάντας

Marginalia (Greek): ματθ. ιϛ΄ — πράξ. β΄. γ΄. δ΄. η΄. α΄. κορ. δ΄. β΄. κορ ζ΄. α. θεσ. β΄ & β΄ θεσ. γ΄. — τῶν ἀποστόλων διανέμεσις: — πράξ. η΄.

cum omni hominum genere cōiunctionem, qua omnibus omnia facti estis gratia, non arundine, sed sermone hominum greges sapiēter expiscati. Vos enim rectæ fidei immobiles estis columnæ, Ecclesiæ petra, regni petra sceptrum, & huius maximè gregis vigiles præfecti, infirmitatis humanæ gratis medici, nostreq; versus Deum pænitētiæ, compatiētes fideiussores: Tamquam enim incudes quædam animatæ, dum feriremini, qui vos feriebant, eos ad intelligentiam fabrifecistis. Petrus hinc Romam erudit. Paulus inde mundo Euangelium annuntiat. Andreas greciæ Sapiētes corrigit. Simon Deum docet Barbaros. Thomas baptismate Aethiopas dealbat. Iacobi Cathedram Iudæa honorat. Marci thronum Alexandria ad Nilum complectitur: Lucas & Matthæus conscribunt Euāgelia. Ioannes autem diuina tractans mysteria, etiam post mortem tamquam viuus Ephesum curat. Bartholomeus lycaonas ad temperantiam instituit. Philippus miraculis conseruat Hierapolim. Omnes vbique omnibus

Marginalia (Latin): Matth. 16 — Actor. 2. 3. 4. 8. 1. Cor. 4. 2. Cor. 7. 1. Thess. 2. et 2. Thess. 3. — Apostolorum Diuisio. — Actor. 8.

τὰς εὐεργετοῦντες οὐ παύονται. κόνιν ἀθάνατον ἐν τάφοις καταλελοίπασι. νῦν μὲν θεραπευταί, μετ' ὀλίγον δὲ δικασταί, τοῦ κόσμου προκαθήμενοι. [ματθ. ι'. πράξ. γ'. δ'. θ'. ιδ'. ιϛ'. ιθ'. κ' καὶ κη'.] τούτῳ προσπελάσας χωλὸς, ἀρτίποις ἀνέλυσεν. ἐκείνῳ συντυχὼν παράλυτος, κλινοφορεῖν ἐκελεύετο. ἄλλος ἐκάλει νεκροὺς, καὶ τούτους εἶχεν εὐθὺς ἐπακούοντας. ἑτέρου δὲ σκιὰ μόνη τὰς νόσους ἐδίωκεν. ἄλλου τὴν ἐπίκλησιν οἱ δαίμονες ἔφριττον. καὶ τὰ σουδάρια τούτων ἀπέσταζον ἴασιν. μαθηταὶ γὰρ ὑπῆρχον ἐκείνου οὗπερ τὸ κράσπεδον κλαπὲν [ματθ. θ'.] τῆς αἱμοῤῥοούσης ἁφῇ, τὴν ἐρυθρὰν τῶν αἱμάτων ἀπεξήρανεν θάλασσαν. Ἀλλ' ἐγὼ πρὸς τοὺς κορυφαίους τῶν ἀποστόλων ἐπάνειμι τῷ λόγῳ, καὶ τῆς προφητικῆς ἐκείνης ἐπιμέμνημαι φωνῆς [ψάλ. ρλβ']· ἰδοὺ δὴ τί καλὸν, ἢ τί τερπνὸν, ἀλλ' ἢ τὸ κατοικεῖν τοὺς ἀδελφοὺς ἐπὶ τὸ αὐτό. ἡγείσθω τοίνυν τοῦ λόγου Πέτρος, ἐπειδὴ καὶ πρότερος εἰς τὴν ἀμπελῶνα τοῦ κυρίου μεμίσθωται. [ματθ. δ'. μάρκ. α'. λουκ. ε'.] Πέτρος τῆς τοῦ καλοῦ ποιμένος ἀγέλης τὸ πρωτότοκον πρόβατον:

Πέτρος ὁ ἀπὸ λίμνης εἰς οὐρανὸν ἀναβάς. ὁ τοὺς ναύτας ἀφεὶς, καὶ συλλαλεῖν ἀγγέλοις ἀξιωθείς. ὁ τὴν ὁλκάδα καταλιπὼν καὶ τὴν

bus beneficia conferre non desistunt. Puluerem immortalem in sepulcris reliquerunt: Nūc quidem cultores, nō multò post, sublimes mundi iudices consessuri. Huic cùm claudus adhæsisset, rectis pedibus recessit. In illum paralyticus incidens, lectū portare iussus est. [Matt. 10. Act. 3. 4. 9. 14. 16. 19. 20. & 28.] *Alius mortuos citabat, & hos statim sibi audientes habuit. Alterius vel sola umbra morbos propulit. Alterius inuocationem perhorrescebant dæmones, illorumq; sudaria distillabant medelam. Nam discipuli illius erant, cuius vestimenti fimbria furtiuo* [Matth. 9.] *contactu arrepta sanguinis fluxum patienti, rubeum sanguinis exsiccauit mare. Sed iam ad principes Apostolorum conuerto sermonem, illius propheticæ vocis memor. Ecce quam* [Psal. 132.] *bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum, præeat igitur oratione Petrus quando quidem & prior in vineam* [Matth. 4. Marc. 1. Luc. 5.] *Domini conductus fuit. Petrus boni pastoris gregis, primogenita ouis. Petrus è lacu in cælum ascendit, Nautas dimisit & cum Angelis colloqui meritus est: Qui nauem reliquit, &*

Eccle-

τὴν ἐκκλησίαν παραλαβὼν εἰς
ματθ. ιϛ΄ κυβέρνησιν. ὁ κλειδοῦχος τῶν οὐ-
καὶ ιη΄. ρανῶν προσκληθεὶς, καὶ τὸ δε-
σμεῖν καὶ λύειν ἐπὶ γῆς ἐν ἐξου-
ματθ. δ΄. σίᾳ δεξάμενος. ὁ πρὸς τὴν κλῆ-
μάρκ. α΄. σιν ταχὺς, καὶ πρὸς τὴν πίστιν ἀ-
νενδοίαστος, καὶ περὶ πάντα θερ-
μὸς τοῦ διδασκάλου συνήγορος.
ματθ. ιϛ΄ σὺ εἶ ὁ χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ
ἰωάν. ϛ΄. ζῶντος φθεγξάμενος. ὁ συναπο-
θνήσκειν τῷ δεσπότῃ προθέμε-
μάρκ. ιδ΄. νος, καὶ μέχρι τῆς αὐλῆς τοῦ Καϊά-
λουκ. κβ΄. φα τῷ δεδεμένῳ λυτρωτῇ συ-
ἰωάν. ιη΄. νεισερχόμενος· ὁ καὶ ἀρνούμενος
συγγνωστὸς, καὶ μεταμελούμενος
θαυμαστός. οὐδὲ γὰρ μέμψεως
ματθ. κϛ΄ τοσοῦτον διὰ τὴν ἄρνησιν, ὅσον
μάρκ. ιδ΄. μακαρισμοῦ διὰ τὴν μετάνοιαν
ἄξιος. ὑμῖν γὰρ καὶ σφαλλό-
ματθ. ιϛ΄ μενος ὠφέλιμος, ὅτι ταχὺ δα-
μάρκ. ιδ΄. κρύσας τὸ πταῖσμα κατέκλυσεν.
λουκ. κβ΄. καὶ πρὸς μικρὸν σαλευθεὶς,
ἰωάν. ιγ΄. εἰς αἰῶνα τῶν πιστῶν εὑρέθη θε-
μέλιος. ἂν γὰρ σκοπήσῃς ἀγα-
πητὲ τὸν τότε καιρὸν τῆς ἐκεί-
νου δειλίας, οὐκ ἂν εὕροις πο-
λὺ τὸν Πέτρον πρὸς τὴν μέμ-
ματθ. κζ΄ ψιν ὑποκείμενον· ὅτε γὰρ ἥλιος
μάρκ. ιε΄. ἔφυγεν, οὐρανὸς ἐκρύπτετο, γῆ ἐ-
λουκ. κγ΄. σαλεύετο, πέτραι διεθρύπτον-
ἰωάν. ιδ΄. το, οὐ δυνάμεναι φέρειν τὴν
ὕβριν τοῦ κτίσαντος.
Τότε Πέτρος ὤκλασεν.

τότε

Ecclesiæ regimen assumpsit.
Qui clauiger regni cælorum Matt. 16
vocatus est, & ligandi atq; sol- & 18.
uendi in terra potestatem acce
pit: ad vocationem celer & in Matth. 4.
fide non ambiguus, Et in omni- Marc. 1.
bus feruens magistri coopera-
tor, qui dixit: Tu es Christus fi Matth. 16
lius Dei viui. Qui simul cum Ioan. 6.
Domino mori proposuerat, &
vsq; ad Cayphæ atrium, vna cũ Marc. 14.
tradito Redemptore ingressus Luc. 22.
est. Qui etiam negans, dignus Ioa. 18.
fuit venia, & pænitens admi-
rabilis: Neque enim tam pro-
pterea quod negarit reprehen- Mat. 26.
dẽdus, quam quod se pænitue- Marc. 14.
rit, est felix prædicandus: No-
bis siquidem & errans vtilis
fuit, quia cito flens delictum Matt. 16.
inundatione abluit, & ad mo- Marc. 14.
dicum fluctuans, in perpetuum Luc. 22.
inuentus est fundamentum fi- Ioa. 13.
deliũ. Etenim si cõsideres, o di
lecte, oportunum illius tempo-
ris metum, Petrum magna re-
prehensione profecto non repe-
ries obnoxium: Nam cum Sol Mat. 27.
fugiebat, cælum abscondebatur, Marc. 15.
terra cõmouebatur, petræ scin Luc. 23.
debantur, vt quæ ferre nequi- Ioa. 14.
rent tantam Creatoris contu-
meliam: tunc Petrus lapsus est;

tunc

ματθ.κϛ τότε ὁ κορυφαῖος ἠρνήσατο. καὶ
μάρκ.ιδ΄. τὸν ἄλογον τῆς ἡμέρας ἄγγελον
λουκ.κβ. ἔλεγχον εὐθὺς εὗρεν τῆς προῤ-
ἰωάν.ιγ΄. ῥηθείσης ἀρνήσεως· πρὶν ἀλέκ-
τορα φωνῆσαι, ἀπαρνήσῃ με τρίς.
ἀλλὰ πρῶτος ἀρνησάμενος, πρῶ-
λουκ.κδ΄. τος ἐπὶ τὸν τάφον ἔδραμεν. πρῶ-
ἰωάν.κ΄. τος εἶδεν ἀναστάντα τὸν ζωοδό-
την τῶν νεκρῶν. παρὰ μαρίας
μαθὼν, ὅπερ αὐτῷ οὐκ ἐθάῤ-
ῥησεν ὁ ἐπάνω τοῦ λίθου καθή-
μενος ἄγγελος. ἀλλ' ἐλθη με-
τ' αὐτὸν εἰς μέσον Παῦλος ὁ πάν-
σοφος τῆς οἰκουμένης ῥήτωρ. ὁ
ἀπὸ λύκου ἀρνὸς. ὁ ἐξ ἀκαν-
θῶν βότρυς. ὁ ἐξ ζιζανίων σῖ-
τος. ὁ ἀπὸ ἐχθροῦ φίλος. ὁ ἀπὸ
ἑβραίων μένων ἑδραῖος. ὁ παρ'
α΄.κορ.ιε΄. ἐκείνοις Σαῦλος ἐμπνέων ἀπει-
γαλάτ.α΄. λῆς καὶ φόνου. παρ' ὑμῖν δὲ Παῦ-
λος ἰησοῦ χριστοῦ κλητὸς ἀπόστο-
λος. ὁ ἀπὸ βλασφήμου θεόλο-
πράξ.θ΄. γος. ὁ ἀπὸ διώκτου εὐαγγελι-
ιγ΄.κβ΄.καὶ στής. ὁ ἀπὸ πειρατοῦ κυβερνήτης,
κϛ΄. ὁ ἀπὸ προδότου στρατιώτης. ὁ
μετὰ Πέτρου λυτρωτὴν λα-
χὼν εἰς ταφὴν, καὶ μετ' αὐτοῦ
καὶ ταύτην καὶ παροφῶν τὴν
γέν.κγ΄. Συχέμ. ὁ κατὰ τὸν Βενιαμὶν τοῦ
πράξ.ζ΄. Ἰωσὴφ ἀδελφὸς, καὶ κατὰ τὴν
φιλίππ.γ θέκλαν καὶ τῶν παίδων πατὴρ
πράξ.θ΄. καὶ διδάσκαλος. ὁ περὶ τῆς Δα-
κβ΄.καὶ κϛ΄. μάσκου τυφλὸς, καὶ καθ' ἑκά-
στην

tunc Coryphæus negauit, & ra- Mat.26.
tionis expertem diei nuntium, Marc.14.
reperit statim probationem esse Luc.22.
predictæ negationis: Priusquã Ioan.13.
gallus cantet, ter me negabis. Ve-
rum cum primus negasset, pri- Luc.24.
mus ad sepulcram cucurrit, pri- Ioan.20
mus vitæ datorem à mortuis re-
surrexisse vidit. Id à Maria
edoctus, quod ei Angelus su-
per lapidem sedens, dicere non
erat ausus. Cæterum post eum,
prodeat in medium Paulus to-
tius orbis terrarum sapientissi-
mus Orator, qui ex lupo factus
est agnus; ex uepribus racemus,
ex Zizaniis frumentum, ex ini-
mico amicus, ex hæbreis firmus
ac stabilis permanẽs. Qui apud 1.Cor.15.
illos Saullus spirans necem & Galat.1.
cædem, apud nos autem Paulus
Iesu Christi vocatus apostolus,
ex blasphemo theologus, ex per-
secutore euangelii prædicator, Actor.9.
ex pirata gubernator, ex prodi- 13.22.&
tore miles. Qui redemptorẽ ip- 26.
sum una cum Petro sortitus est
sepulcrũ, quorum neuter tamẽ
hanc Sychem cõtempsere. Qui Gen.23.
ratione Beniamin, Ioseph fra- Act.7.
ter, & ratione Thecle, filiorũ Philip.3.
pater atq; magister fuisti. Qui
ante Damascũ cæcus, et in una- Act.9.22
qua- & 26.

στην πόλιν τοῦ κηρύγματος ὀφθαλ-
μός. ὁ ἐξ οὐρανοῦ κληθεὶς, καὶ
εἰς οὐρανὸν ἁρπαγείς. ὁ θεωρή-
β'. κορ. ιβ' σας τὸν παράδεισον πρὸ τῆς ἐν-
πράξ. θ'. τεῦθεν ἀφίξεως, καὶ τὸν στέφα-
β'. τιμ. δ'. νον τῆς νίκης ἔτι παλαίων λα-
βὼν, καὶ πάλιν ὡς λέγει χρεω-
στούμενον. τί γὰρ φησίν; ὃν ἀποδώ-
σει μοι κύριος ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέ-
πράξ. ιε'. ρᾳ. Παῦλος ὁ ἐξ ἐσχάτων πρῶ-
τος, ὁ ἀπὸ ἐκτρωμάτων τέλειος
ἀνήρ. ὁ καὶ διώκων ἡδὺς, καὶ
πράξ. ις' διωκόμενος γλυκύς. ὁ ῥωμαῖος
κβ'. & κγ' καὶ φαρισαῖος, καὶ πάντα τοῖς
φιλίπ. γ' πᾶσι διὰ πίστιν γινόμενος. ὁ χρι-
α. κορ. θ'. στὸς γὰρ ὁ εἰπὼν Πέτρῳ, δεῖ σε πα-
ἰωάν. κα'. θεῖν, εἶπεν καὶ περὶ Παύλου ὅσα
πράξ. θ'. αὐτὸν ἔδει ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐ-
τοῦ παθεῖν, ἵνα ὁ μὲν σταυρούμε-
νος, ὁ δὲ τὴν κεφαλὴν τεμνόμε-
νος, μίαν πίστιν κηρύξαντες, ἕνα
δρόμον τελέσαντες μάρτυρες ἀ-
τὸ τοῦ χρι- ληθεῖς τῆς ἀναστάσεως ἔσονται
στοῦ ἀναστά- τοῦ παθόντος καὶ ταφέντος καὶ
σεως περί- ἀναστάντος, ὡς οἶδεν, καὶ εἰς τὸν
φρασις. κόλπον τοῦ πατρὸς φθάσαντος,
ὅνπερ οὐδέποτε καταλέλοιπεν.
πρὸς οὓς αὐτὸς ὁ δεσπότης προ-
ψαλ. μζ' φητικῶς διαλέγεται. Κυκλώσα-
τε τὴν νέαν ταύτην Σιὼν καὶ πε-
ριλάβετε αὐτήν· τουτέστιν, φυ-
λάξατε, τειχίσατε, ταῖς εὐχαῖς
ὀχυρώσατε, ἵνα ὅταν εὐκαί-
ρος

quaq; ciuitate prædicationis
oculus, ex Cælo vocatus, & in
cælum raptus es. Qui priuſ- 2. Cor. 12
quam hinc diſcederet, paradi- Act. 9.
ſum contemplatus, victoriæq; 2. Tim. 4
coronam ad huc certans acce-
pit, eamq; ſibi debitam affirmat.
Quid enim ait? quam reddet
mihi dominus in illo die. Pau-
lus ex nouiſsimis primus, ex ab- Act. 15.
ortiuis perfectus vir, perſecu-
tor ſuauis, & dum perſecutio-
nes patitur dulcis. Qui Roma- Act. 16.
nus eſt & Phariſæus, & omnia 22. & 23
omnibus propter fidem factus. Philipp. 3
Christus enim qui dixit Pe- 1. Cor. 9.
tro: Oportet te pati, etiam de
Paulo dixit, quàm multa o- Ioan. 21.
porteret eum pro nomine ipſius Act. 9.
pati, vt ille quidem cruci affi-
xus, hic verò truncatus capite,
vna fide propagata, vnoq; etiã
curſu terminato, veri teſtes Periphra-
Reſurrectionis eius eſſent, qui ſis Reſur-
paſſus & ſepultus eſt, & reſur- rectionis
rexit, vti nouit: & præuenit in Chriſti.
ſinum patris, quem numquam
reliquit. Ad quos ipſe Domi-
nus propheticè loquitur: Cir- Pſalm. 47
cumdate hanc nouam Sion, &
complectimini eam, hoc eſt:
Conſeruate, muris cingite, præ-
cibus munite, vt quando in tẽ-
pore

ρας ὀργίζωμαι καὶ σαλεύω τὴν σύμπασαν, βλέπων τὸν ὑμῶν ἀπελεύτητον τάφον, καὶ ἅπερ ἑκουσίως δι' ἐμὲ βαστάζετε στίγματα, νικῶ τὸν θυμὸν εὐσπλαγχνίᾳ, καὶ περιλαμβάνω τὴν ὑμῶν διὰ ταύτην πρεσβείαν· ἱερωσύνην γὰρ καὶ βασιλείαν ὅταν ἴδω δακρύουσαν, εὐθὺς πρὸς οἶκτον ὡς συμπαθὴς ἐπικάμπτομαι, καὶ τῆς ἐμῆς ἐκείνης φωνῆς ἐπιμέμνημαι. ὑπερασπιῶ τῆς πόλεως ταύτης, διὰ Δαβὶδ τὸν δοῦλόν μου καὶ Ἀαρὼν τὸν ἅγιόν μου. οἵτινες ὡς ὑμεῖς ὁμονοήσαντες τῇ πίστει. καὶ τὰς ἀξίας αὐθαιρέτῳ ταπεινοφροσύνῃ καλύψαντες, καὶ τῇ στολῇ δείξαντες τῆς ψυχῆς τὴν ταπείνωσιν, πολλάς μοι τῶν μαθητῶν μυριάδας προσήνεγκαν ἐμὲ φερούσας, καὶ παρ' ἐμοῦ τῷ κόσμῳ τὸν ἱλασμὸν αἰτούσας. εἶπον γάρ· Αἰτεῖτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν. ζητεῖτε καὶ εὑρήσετε. Αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Ἀμήν.

pore iratus fuero uniuersamq; mundi machinam concussero, considerans immortale vestrũ sepulcrum, quæq; mei caussa geritis æquo animo stigmata, irã misericordia vincam, qua quidem ductus, en præmaturè vestram admitto supplicationẽ. Sacerdotium enim & Clerum cum videro lacrymas fundere, quasi dolorum consors, statim ad commiserationem flectar, meæque illius vocis recordabor: Protegam ciuitatem hanc propter Dauid Seruum meum & Aaron Sanctum meum. Qui sicut vos vna fide consentientes, voluntaria animi submissione æternis digna muneribus occultantes, vestitu denique ipso summam animi moderationem præseferentes, multa ad me discipulorum millia traduxerunt, me tamquã insigne ferentium & mundo placare studentium, Dixi enim: Petite & dabitur vobis: Quærite, & inuenietis. Ipsi honor & fortitudo, nunc & semper, & in secula sine fine seculorum.

Amen.

VARIAE LECTIONES IN DVAS PRÆCEDENTES CHRYSOSTOMI HOMILIAS,

Ex tribus Antiquis Manuscriptis Codicibus conciliatæ, vnde non modò quam hic vitare, quamquè sequi conuenerit Lectionem, sed quo pacto etiam, in alijs Patrum monumentis, Lectionis varietas decernenda, eademq; debitè sit concilianda, perspicere cuiuis licebit facilè.

AD SYNCERVM LECTOREM.



ON abs re fore arbitratus sum, si quod in Gentilium scriptis à mendis & erroribus (quibus nunc temporum iniuria, nunc Typographorum negligentia, & Sciolorum nescio quorum temeritate reperiuntur conspersa) vindicandis, præstare consueuerunt plurimi, idem in Sanctorum Patrum, maximè tamen Græcorum monumentis, rectè in latinum Idioma conuertendis, passim obseruaretur: In quibus quod perperam multa sint versa aut potius euersa, non aliunde prouenire putandum est, quam quod Interpretes paruam aut nullam græcanicæ litteraturæ cognitionem habeant, aut quod sibi nimis in ijs indulgeant quorum sensa penetrare nequeunt, eo quod in nulla re minus quàm Theologica professione, sanctorumq; Patrum sententijs sint exercitati: aut quia licentiosè atq; insulsè citra ullum manuscriptorum antiquiorumq; Codicum delectum ac collationem, vnum dumtaxat & fortè mendosum Exemplar sequantur, vnde non parum detrimenti Catholicæ nostræ hactenus accessit Ecclesiæ. Quæ sanè res me in Duabus hisce Chrysostomi Homilijs è græco in latinum conuertendis, vehementer commonuit, ad manuscripta conquirenda, cuiusmodi post diligentem indaginem sese mihi tria obtulere, quorum etiam collatione haud segniter facta, præsens hoc nostrum Exemplar emendatius dedimus, Variarumq; lectionum hic paradigma subiecimus, vnde ingeniosus Lector si quid fortè à nobis repositum sit, quod minus saporis docto eius palato attulerit, haud difficulter intelliget iudicabitq;, quæ Lectio magis instituto Diui Chrysostomi conueniat, quæuè ab eo aliena sit. Et vt alij ad communem multorum vtilitatem, idem deinceps & in suis præstent, fidemq; non vni soli Exemplari, vt fieri solet, tribuant: Sed quæcumq; obtineri poterunt, maximè tamen antiquitatem redolentia conquirant, eademq; ante omnia studiosè inter se conferant opto, & pro communi bono hortor moneoq;. Interim quæ damus æqui boniq; consules syncere Lector.



Arietas lectionis primo occurrit in his: εὐφημουσῶν εὐφήμοις φωναῖς, bonis verbis proſequẽtibus &c. Et εὐφημουσῶν ἐντίμοις φωναῖς, reneter præconijs efferẽtibus &c. aut ſi mauis, honorabilibus uerbis acclamantibus &c.

Obſeruanda quoque eſt Orthographica uarietas, unde non exigua frequenter Interpretibus enaſci ſolet difficultas, ſicuti hic in πολυπύκιλος, dum in uno Exemplari, antepenult. ſcribitur per υ. In alijs duobus, rectius & ad ſenſum Chryſoſtomi accõmodatius per οι, ἡ πολυποίκιλος σοφία τοῦ θεοῦ, multiformis ſapientia Dei &c. & ſic in Græcis exemplaribus Paulinis, ſemper ſcriptum vidi.

Similis quoque uarietas poſterius reperitur in ἀχλὺν, dum in uno Exemplari, ultima eſt λην per η, ἀχλὴν. In alio quod ſequor per υ, ἀχλὺν τῆς πλάνης, caliginẽ erroris &c. per η enim nequaquam hoc ſenſu ſcribi poteſt: Idemq; de ſimilibus eſto iudicium.

In uno legitur ἀξίαν εὐφημίαν τοῖς κορυφαίοις δεῖξαι διὰ τῆς μνήμης, dignam laudem per commemorationẽ Apoſtolorum coryphæis afferre &c. In alijs duobus, ἀξίαν εὐφημίαν διὰ τῆς τιμῆς πρὸς τοὺς κορυφαίους δεῖξαι, ſummis hiſce Apoſtolis propter honorem digna laudum trophæa referre &c.

In uno eſt, ἐν οὐρανοῖς κτίσιν ἐνίκησαν, In cælo naturã creatam ſuperarunt &c. alibi, ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς ἐνίκησαν, cũ additione, in cælo & in terra, &c.

In uno eſt, ἀμείνους ἀγγέλων · Alibi, ἀμείνω ἀγγέλων εὑρεθέντες, meliores angelis reperti, Verum in ipſa interpretatione latina utrobique conformi, ut uides, non eſt diuerſitas, ſed tantum in dialecto.

In uno exemplari habetur, θάλασσαν λέγων, τὴν ἄστατον τῶν

ἰουδαίων γνώμην, mare uocās instabilē iudæorū mentē &c. In aliis duobus, θάλασσαν λέγων τὴν τῶν ἀνόμων ἰουδαίων γνώμην, mare uocans impiorum iudæorum opinionem &c.

Legitur ἵνα ἐνδύσῃ τοῖς τοῦ νόμου καὶ τῆς χάριτος γεγυμνωμένοις τὸ κόκκινον δέρμα, vt lege & gratia nudatos pelle rubea induat &c. In uetustiori autem illo manuscripto, quod potissimum sequendum proposui, sic: ἵνα ἐνδύσῃ τοῖς διὰ νόμου, καὶ χάριτος γυμνοῖς τὸ κόκκινον δέρμα, ut tā eos qui à lege, quàm qui à gratia nudi erāt, coccinea pelle indueret &c.

Legitur ἤκουσε γὰρ καὶ αὐτὸς τοῦ κυρίου βοῶντος πρὸς αὐτὸν, εἰς ἔθνη μακράν. Audiuit siquidem & ipse Dominū ad ipsum clamantem: In gentes procul &c. In illo quod sequor, οὕτως αὐτῷ ὁ δεσπότης βοῶν ἄπελθε ὅτι ἐγὼ εἰς ἔθνη μακρὰν ἀποστελῶσε. Sic ad eum clamat Dominus: Vade quoniam ego in nationes longè mittam te &c.

In uno est ὁ τετιμημένος ὑπὸ τοῦ δεσπότου ἄνθρωπος, à Dominō honoratus homo. In alio, loco ἄνθρωπος, legitur ἀπόστολος, à Domino honoratus apostolus.

Legitur Παῦλος ὁ μέγας τῆς ἀληθείας κῆρυξ, Paulus magnus præco ueritatis, ꝑ quo in alio est: Παῦλος ὁ ἀναγκαῖος τῆς ἐκκλησίας ἄγγελος, Paulus necessarius ecclesiæ nuntius &c. sed prior lectio plausibilior ac uerior.

Legitur ὁ ἐν ὑψηλοῖς πετόμενος ἀετὸς, in sublimibus aquila uolitans: Dum alibi & fortè non malè, illud πετόμενος, omittitur.

Legitur ὁ ἀναγκαῖος τοῦ κυρίου ὑπηρέτης, necessarius Domini minister &c. pro quo, alias: ὁ γρήγορος τοῦ χριστοῦ ὑπηρέτης, uigilans Christi minister &c.

Legitur, οἱ καλὴν πραγματείαν τῇ οἰκουμένῃ ἐμπορευσάμενοι, qui orbi terrarum insignem operam negotiati sunt &c. Alias, pro ἐμπορευσάμενοι, πραγματεύοντες ponitur, sed est differentia exigua.

Legitur ἀντὶ δὲ φόρτου, τὸ ὄνομα τοῦ σωτῆρος pro onere uerò

nomen Saluatoris &c. Alibi, ἀντὶ δὲ ἐπιβάτου, τὸν σωτῆρα. pro insidente siue onere insidentis, Saluatorem &c.

In uno est ἀντὶ δὲ νόμου τὴν χάραν τοῦ ἁγίου πνεύματος, pro onere, spiritus sancti gaudiũ &c. In antiquiori illo quod ferè sequor, sic: ἀντὶ δὲ κέντρου τὴν χάριν τοῦ ἁγίου πνεύματος. pro stimulo spiritus sancti gratiam &c.

In uno est, τὰ δοχεῖα πνευματικά, spiritalia receptacula: pro quo, alibi legitur, τὰ δοχεῖα τοῦ πνεύματος· spiritus receptacula &c. Verum exigua est hæc uarietas.

Orthographica occurrit uarietas in ἔρος, dum in uno scribitur per ω, in alio Æolicè per ο, sed sola differentia cõsistit in dialecto: nisi cum Grammaticis dicere uelimus, quando per ο scribitur, in bonam partem sumi: per ω autem in malã, pro flagitioso amore, quomodo tamen nũquam quomodocunque scribatur, sumi poterit dũ aliud adiectiuum bonam partem designans apponitur, ut hoc in loco: ἐμὸς πνευματικὸς ἔρος. meus spiritalis amor &c. Idem iudicium esto de similibus, in quibus tamen cum aliud non additur, aduertant Interpretes.

In uno legitur ὁ τρίπηχυς καὶ εἰς τρίτον οὐρανὸν φθάνων. Qui tricubitalis est, & usque ad tertium cælum peruenit &c. In illo quod sequor est, ὁ τρίπηχυς, καὶ τῶν οὐρανῶν ἁπτόμενος. Qui tricubitalis est, & cælum attingit &c.

Legitur in uno: οὕτως ἀληθῶς, ἡ λαμπηδὼν τῆς οἰκουμένης, ἡ λευκὴ καὶ ἁγνὴ περιστερά, qui reuera lampas est uniuersi mundi, candida ac casta columba &c. & sic Metaphrastes. In alio loco λευκὴ καὶ ἁγνὴ περιστερὰ, ponitur περάγονος περιστερά. Quid autem sibi uelit illud περάγονος, penetret qui potest, equidem mihi in eo non satisfacio, atque ideo aliã lectionem uetustati cõformiorem, & sensui Chrysostomi fortè accõmodatiorem magis amplectẽdam censui, quæ talis est: ἡ λαμπηδὼν τῆς οἰκουμένης, ἡ περάγνος περιστερὰ, splẽdor totius mundi, columba præcasta, siue castissima, & sic

uerti, atque reposui.

Duo exemplaria habent, τῶν ἀγγέλων τὰ τάγματα ὑμεῖς οὐλήσατε, Angelorum ordines uos &c. Sed quia uerisimi le est, οὐλήσατε, perperam scriptum (cùm de themate & significatione eius non constet) pro ἐσυλήσατε: Ideo tertij exemplaris lectionem (ubi illud est) magis sequendam duxi; quæ sic habet: τῶν ἀγγέλων τὰ τάσματα ὑμεῖς ἐσυλήσατε, Angelorum ordines uos expoliastis &c.

In uno est: οἱ νεκρῶντες τὰ ἄλογα παθὴ, mortificantes animi perturbationes à ratione alienas &c. In uetustiori illo, quod ut plurimum sequor est, οἱ νεκρῶντες τὰ παθὴ τῶν σωμάτων, mortificantes corporum passiones &c.

Reperitur in uno, οἱ τοὺς βωμοὺς τῶν εἰδώλων καθελόντες· Idolorum aras diruistis &c. In lectione illius quod sequor est, οἱ τοὺς βωμοὺς τῶν ἑλλήνων καθελόντες, Græcorum delubra euertistis &c.

In uno est, οἱ τὰ ἄνω καὶ τὰ κάτω πλουτήσαντες, qui & supra & infra diuites euasistis &c. In vetustiori illo quod sequor legitur, οἱ τὰ ἄνω καὶ τὰ κάτω κληρονομήσαντες, qui eorum quę supra sunt atque infra, hæredes facti estis &c.

Vnius lectio est, καθάπερ ἀΐδων μυρίζων quam qui uelit & possit interpretetur, & D. Chrysostomi instituto accommodet, nisi tamen illud μυρίζων, accipiamus pro eo quod est modulari, quo sensu uidetur & alibi sumi à Theocrito. In secundo Exemplari, nihil simile reperitur. In tertio quod sequor, lectio reperitur haud incommoda, hæc scilicet: καθάπερ ἀηδὼν λυρίζων ἀπαύστως. quemadmodum luscinia assiduè canens &c.

In uno est, οἱ μυρία δεινὰ δι' αὐτὴν ὑπομήναντες, qui innumerabilia mala propter ipsam sustinuistis &c. In vetustiori quod sequor, ommittitur δεινὰ, legiturque οἱ μυρία δι' αὐτῆς ὑπομείναντες, qui infinita propter ipsam sustinuistis &c.

Lectio unius est, διὰ τὸ βάρος τῶν δεσμῶν, propter pondus

uincu

uinculorum &c. In alio eſt, διὰ τὸ βάρος τῶν δεινῶν, ob grauitatem rerum aſperiorum &c.

Vnius, τῶν δαιμόνων τὰς φάλαγγας ὑμεῖς ἠλλοιώσατε, Dæmonum phalangas uos cæcidiſtis &c. Alterius, τῶν δαιμόνων τὰς φάλαγγας ὑμεῖς κατεξοπώσατε, Vos Dæmonum phalangas fudiſtis &c.

Quod in noſtro eſt, τῇ νυμφευθείσῃ αὐτῷ ἐκκλησίᾳ μετὰ πάσης προθυμίας, eiq́; deſponſatæ eccleſiæ ſumma cum animi alacritate &c. in alijs deeſt. In noſtro etiam legitur, εὐδούλευτος τῷ κυρίῳ. Domino addictiſſimus ſeruus &c. quod in aliis quoque omittitur.

In alio eſt, διῆλθε σου, τὸν διακριτικώτατον λάρυγγα &c. tuũ pertranſiit guttur ſumma diſſerendi ſcientia conſpicuũ &c. In noſtro reperitur, διῆλθεν ἐκείνων τὸν λάρυγγα, τὸ δεσποτικὸν ὄργανον. peruaſit illius guttur, dominicum inquam inſtrumentum &c.

In manuſcripto illo antiquiori quod fere ſequor, refertur miraculoſus ille lactis, pro ſanguine, ex collo Pauli effluxus, in hæc uerba: Ποῖος τόπος τὸ σὸν ἐδέξατο αἷμα. τὸ γαλακτοειδὲς ὁραθὲν ἐν τῷ χιτῶνι τοῦ σὲ ἀνασκολοπήσαντος, Qualis locus Paule tuum ſanguinem excepit, qui lacteus apparuit in eius ueſte, qui te percuſſit &c. Quod in nullo alio Exemplari, ſicuti neque in huius homiliæ fragmento, reperire potui apud Metaphraſten, qui quantum iudicare licet in Chryſoſtomo, & multa ſubinde omittere, & plura perſæpè (ut ſibi ſatisfaciat) de ſuo uidetur addere, quod (ne longe petita ſumantur) inter alia, non obſcurè conſtat ex iis quæ non multò poſt ſubiiciuntur in præſentis Homiliæ, contextu ab ipſo Chryſoſtomo: τὰς ὑποσχέσεις ὑμῶν ἐκπληρώσατε. ἀνακράζεις γὰρ μακάριε Πέτρε, οὕτως φάσκων· σπουδάσω μετὰ τὴν ἐμὴν ἄφιξιν, τὴν ὑμετέραν μνήμην ποιεῖσθαι. Repromiſſiones veſtras explete, ſucclamas enim beate Petre, ſic dicẽs: Studebo poſt meum aduentum, memoriam ueſtri facere &c.

&c. Quod quidem habet Metaphraſtes, ſed & aliud ne ſcio unde, annectit atque reponit, dicit enim: ὑμῶν γὰρ τὰ συντάγματα ταῦτα, τοῦ μὲν τὸ, Δεῦτε σὺν ἐμοὶ καὶ τῶν ἀγαθῶν μὴ ὑστερηθῶμεν. τοῦ δὲ, τὸ, σπουδάσω μετὰ τὴν ἄφιξιν ἐμὴν, τὴν ὑμετέραν μνήμην ποιεῖσθαι. Sunt enim hæc ueſtra commenta, Pauli quidem hoc: Venite mecum, ne & bonis deſtituamur &c. Petri uerò iſtud: Studebo poſt aductũ meũ, memoriã veſtri facere &c. Vbi inter alias uarietates, illud Pauli adductum in manuſcriptis Chryſoſtomi deeſt, neq; in ulla Epiſtolarum Paulinarũ reperire potui, atque ideo etiam conſultò à nobis in hac editione prætermitti nouerit Lector, qui quandocũque in ſimilia quę non pauca ſunt apud Metaphraſten inciderit, cautè atq; prudenter leget, & cum autographis quæ conquiri poterunt, ſtudioſè conferet, cùm & ipſi Metaphraſti, multa perſępe à ſciolis neſcio quibus, affingi ſit credibile.

In uno codice manuſcriptorum legitur, ἀντιφθεγγώμεθα ἡμῶν ταῖς ἁμαρτίαις μακαρίους ὑμῶν φωνάς. Noſtris peccatis beatas ueſtras reſonamus uoces &c. Sed quoniam hæc lectio uidetur nonnihil intricata & peregrina, ideo pro ea hanc magis reponere ac ſequi uiſum eſt, ἀντιφθεγγώμεθα ἡμῖν τὰς μακαρίους ὑμῶν φωνάς. Vobis igitur beatas ueſtras reſonamus uoces &c. tollendo ἡμῶν ταῖς ἁμαρτίαις. Quæ lectio etiam magis probata eſt Cardinali Sirletto.

Cæterum illud Petri aliter quoque in eius Epiſtola legitur, quàm à Metaphraſte, uel ipſo etiam Chryſoſtomo allegatur. Habetur enim ibi ſic: σπουδάσω δὲ καὶ ἑκάστοτε ἔχειν ὑμᾶς μετὰ τὴν ἐμὴν ἔξοδον τὴν τούτων μνήμην ποιεῖσθαι. Dabo autem operam & frequenter habere uos poſt obitum meũ, ut horum memoriam faciatis &c. Et ſic eſt in Poſteriori epiſtola Petri. 1. cap. Chryſoſtomus autem ueriſimiliter aliud Exemplar ſecutus eſt.

IN POSTERIOREM HOMILIAM
In Duodecim Apoſtolos.



OCcurrit primò varietas in ipſa Homiliꝗ inſcriptione, quæ in uno Exemplari talis eſt: Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ιωάννου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου ἐγκώμιον, εἰς τοὺς ἁγίους δώδεκα Ἀποστόλους. Sācti patris noſtri Ioānis Chryſoſt. Archiepiſcopi Conſtantinopol Encomiū, in Sanctos Duodecim Apoſtolos &c. Et hæc eſt Metaphraſtis, qui cū non omnia ſemper eorumdem Auctorum coniunctim ac continēter ponat: fit ut & ipſas Homiliarū inſcriptiones nouas, & ab alijs non ſolum materia, ſed etiam Auctore diuerſas faciat. In alio quod ſequimur, ſic habetur: Τοῦ αὐτοῦ Χρυσοστόμου ὁμιλία εἰς τοὺς ἁγίους δώδεκα Ἀποστόλους. Eiusdē Chryſoſtomi Homilia in Sanctos duodecim Apoſtolos &c. Quod propter continuitatem Homiliarū eiuſdem Auctoris, magis ſequi uiſum eſt: Idemquè de ſimilibus ſit iudicium, mihi ſanè ita uidetur.

In uno eſt, τοιαύτης χορείας, eiuſdē choræ &c. In uetuſtiori illo Card. Sirletti Exēplari, quod ferè ſequor eſt: τῆς τοιαύτης ἀγκύρας ἑαυτὸν ἀπεσχοίνισεν. huiꝰ anchorꝗ, vel (vt genitiui illi regātur ab ἀπεσχοίνισεν) ab hac anchora ſeipsū diſcidit.

In uno eſt, οὗ τὸ αἷμα, τὸν κόσμον ἠγόρασεν, cuius ſanguis mundū mercatus eſt &c. In alio, τὸ γὰρ αἷμα τοῦ πραθέντος τὸν κόσμον ἠγόρασεν. Sanguis autē uēditi mercatus eſt mundū &c. & ſic eſt in uetuſtiori illo manuſcripto, quod ſequor.

In uno eſt, τῆς ἐκκλησίας σκῆπτρα, Eccleſiæ ſceptra &c. abſque additamēto, cùm in alio Antiquiori addatur, τῆς ἐκκλησίας πέτρα, τῆς βασιλείας πέτρα σκῆπτρα, Eccleſiꝗ petra, regni petra ſceptra &c. Et hoc ſequor.

Legitur in uno, τοὺς τύπτοντας ἐχάλκευσαν· uerberantes fabrifecerunt &c. In alio quod ſequor eſt: ἐχαλκεύσατε· fa

brifecistis in secũda persona,& meo iudicio rectius,cùm & continuus illius Periodi contextus per eandem profe-ratur, Ideo &c.

In uno est ἡ Ἀλεξάνδρεια παρὰ τὸν Νεῖλον, Alexandria ad vel circa,aut prope Nilum &c. In alio, πρὸς τὸν Νεῖλον, ad Nilum &c. Sed quomodocumque legas, parum refert, cùm semper eadem remaneat significatio, ideoq; in similibus parum est laborandum. cuiusmodi sunt & sequentia: εἶχεν εὐθὺς ὑπακούοντας. Et, εἶχεν ἐπακούοντας, habuit statim audientes, uel obtemperantes: Siue enim prima scribatur per υ, siue per ε, cùm significatio persæpe(ut hoc in loco) coincidat, parum refert. Neque admodum dissimilia sunt, εἰς οὐρανὸν μεταβάς. Et, εἰς οὐρανὸν ἀναβάς &c. In cælum ascendit, siue transcendit, & pleraq; alia: Interim in his laborent amplius curiosi, per me licebit.

In uno exemplari est, κλειδοῦχος τῶν οὐρανῶν προβληθείς. clauiger regni cęlorũ designat⁹ &c. Pro quo in Antiquiori nostro manuscripto est, κλειδοῦχος τῶν οὐρανῶν προσκληθείς. clauiger regni cælorum uocatus &c.

In uno est, τότε Πέτρος πρῶτος ὤκλασεν, tunc Petrus primus lapsus est &c. At in manuscripto uetustiori omittitur πρῶτος, quod ideò & nos in hac nostra editione pręter misimus.

Neque exigua uarietas est in his: ὁ μετὰ Πέτρου λυτρωτὴν λαχὼν εἰς ταφήν· qui cum Petro redemprorem sortitus es ad sepulcrũ &c Et, ὁ μετὰ Πέτρου τὴν Ῥώμην λαχὼν εἰς ταφήν. Qui cum Petro Romã sortitus es ad, vel in sepulcrũ &c. De quibus in nostro Commentario fusius.

Variatur & lectio in his: καὶ κατὰ τὴν Θέκλαν καὶ τοὺς παῖδας, πατὴρ καὶ διδάσκαλος, qui ratione Theclæ,& filiorum, pater & magister &c. distinctionem ponendo post παῖδας, quæ aliàs, post Θέκλαν ponitur: Et, καὶ κατὰ τὴν Θέκλαν, καὶ τῶν παίδων πατὴρ καὶ διδάσκαλος,& ratione Theclæ, etiam filiorum pater atq;

ter atque magister &c. Sed posterior ut antiquitati, ita & ueritati ac perspicuitati conformior: caussam consideret Lector, & sententiæ meæ æquo iure subscribet.

Ex tribus Codicibus collatis, & triplicē colligo Lectionis uarietatem in his: Κυκλώσατε τὴν νέαν ταύτην Σιὼν, καὶ περιλάβετε αὐτήν. Circūdate hanc nouam Sion, & ambitu cingite eam &c. Et Κυκλώσατε τὴν νέαν ταυτὴν Σιὼν, καὶ περιλάβετε αὐτήν. Circūdate hanc nouam Sion, & complectimini eā &c. atque sic est & in antiquiori illo nostro Manu scripto: Quod enim νέαν ταυτὴν, à Chrysostomo ponatur, id ex alio Exemplari (quod fortè secus est) non frustrà ab eo repositum censendum est. In uulgatis nostris Biblicis Exēplaribus, legitur psalmo 47. Κυκλώσατε τὴν Σιὼν, καὶ περιλάβετε αὐτὴν &c. absque νέαν ταύτην.

Varietas est etiam ipso Homiliæ fine, dum in uno est, Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν. Ipsi sit gloria in secula seculorum, Amen. In alio quod sequor, Αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Ipsi honor & fortitudo, nūc & semper, & in secula sine fine seculorum, Amen.

FINIS VARIARVM LECTIONVM.

GERARDI VOSSII

COMMENTARII IN SANCTI IOANNIS CHRYSOSTOMI

Homiliam in Principes Apostolorum, Petrum & Paulum, Eorumdemq; Gloriosissimum Martyrium.

ARGVMENTVM.



AC Homilia siue Oratione, Diuus Chrysostomus vitam simulac Martyrium Principum Apostolorum Petri & Pauli, nobis luculenter admodum enarrat, & ex mutua cōparatione, res ab ijs strenuè gestas fortiterq; toleratas amplificando mirè prædicat atque exornat: dum illius quidem Crucem fixam, ac in eam ascensionem promptam, Crucifixionisq; figuram non rectam, sed capite in terram deuoluto describit: Huius autem Miraculosam capitis obtruncationem (quod ex ipsius collo, lactis magis quam sanguinis vnda dicatur fluxisse, multiq; Barbari ex eius inspectione statim sint conuersi) recenset. Atq; ex hac quidem Oratione, si aliunde vnquā, satis superq; liquet, quantus Laudum Petri & Pauli celebrator, eorumdemq; Vitæ simul & Martyrij admirator, Diuus hic noster Chrysostomus exstiterit.

Οὐρανοῦ καὶ γῆς ἅμιλλαν ὁρῶ.
Certare inter se Cælum terramq; conspicio &c.

QVemadmodum prisci gentilium Oratores, antequam caussam ordirentur, & facti narrationem (in hoc Citharœdos imitantes) aggrederentur, ad facilius sibi auditorum suorum animos conciliandos, ferè suaui quapiam Præfatione præloquebantur, & Principium à re aliqua insigni suoq; instituto accommoda ducebant: Sic Diuinus hic noster Orator Chrysostomus, priusquam aureo illo suo verborum flumine de re ipsa sibi proposita dicere incipiat, & in Laudes Principum Apostolorum Petri & Pauli prorumpat: quò verbis suis maiorem faciat fidem, ipsumq; sui lubentius audiant, dulci Præfatione eaq; peropportuna vtitur: pro facti sui locupletissimo testimonio Cælum & terram adducens, à quibus Orationē suam orditur, & sic artificiosa qua-

ſa quadam partitione adhibita, ad rem ipſam Encomiũ dico Apoſtolici ordinis Principum Petri & Pauli, valde accommodè accedit: eandemq; ferè rationem in alijs ſuis Homilijs ſequitur.

Πέτρον ἀπὸ ἁλιέων ἐξελέξατο, τὸν δὲ Παῦλον ἀπὸ σκηνορράφων.
Petrum è piſcatoribus, Paulum verò è pellionibus elegit &c.

IN Actis Apoſtolorum habemus, Paulum ſuis manibus operatum, fuiſſeq; artis Scenofactoriæ: Præterea nihil alijs ſubtraxiſſe vtilium, quò minus annuntiaret ijs, ac doceret eos publicè & per domos, teſtificans Iudæis atq; Gentilibus in Deum pœnitentiam, & fidem in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Deniq. ait ſe argentum & aurum nullius concupiuiſſe: quoniam (inquit) ad ea quę opus mihi erant, & his qui mecum ſunt, miniſtrarunt manus iſtę, quoniam ſic laborantes, oportet ſuſcipere infirmos ac meminiſſe verbi Domini Ieſu, quoniam ipſe dixit: Beatius eſt magis dare, quàm accipere &c. Quin & conditionem ſimul ac artem huius Apoſtoli optimè deſcribit idem Chryſoſtomus & alibi, vbi ſic habet: Paulus cum arte illa viliſſima tantam potuit inſpirare virtutem, quantam ipſe rerum teſtatur effectus, homo etenim ignobilis, abiectus & circumforaneus, qui artem exercebat in pellibus, in tantum virtute progreſſus eſt, ut vix triginta annorum ſpatio, & Romanos, & Perſas, & Parthos & Medos & Indos & Schytas, & Aethiopas & Saramatas, & Saracenos, & omne prorſus humanum genus ſub iugũ mitteret veritatis. Reſponde igitur: Vnde iſte opifex vilis ac publicus ſtans in loco artis ſuę ac ſcaſellum manu gerens, ita ut ipſe philoſophatus ſit, & alios docuerit philoſophari, gẽtes ſcilicet Vrbes ac Regiones, nec vim in ſe ſermonis oſtẽdens, Audi enim ipſum loquentem: Etſi imperitus ſermone, nec pecunias poſſidens, hoc ſiquidem ipſe teſtatur: Vſq; ad hanc horam inquiens, & eſurimus & ſitimus & nudi ſumus, & colaphis cędimur: Et quid dico pecunias? cùm ille ſępè neceſſarium quidem non haberet cibum, nec quo ſe circumdaret, indumentum. Quod autem profeſſione clarus nõ fuerit, ipſe ſuis oſtendit diſcipulis dicens: Quoniam manebat apud Aquilam & Priſcillam, quod eiuſdem artis eſſent, erant enim ſcenofactorię artis. Non igitur a proauis nobilis, quippe qui tam vilis artis fuiſſe oſtenditur, non à patria non à gente &c. ita in Homilia quarta in laudes Pauli, Chryſoſtomus: Qui & de eodẽ, Homilia quinta ſub initium, ſic ſcribit: Non erat iſte mortalis, Non ignobilis; nonne pauper & quotidiano opere victum quærens: Nonne corpus habuit cunctis naturæ neceſſitatibus obnoxium &c. Et in oratione, Quod Chriſtus eſt Deus, vtriuſq; magnorum illorum Apoſtolorum profeſſionem & artem, vno verbo complectitur, dicens: Romæ quę inter alias Vrbes maximè Regia eſt, omnibus poſthabitis ad ſepulcra Piſcatoris & pellionis currunt Reges &c. Hac Chryſoſtomus. Et quoniam Petri profeſſio-

Actor. 18. *Actor. 20.* *1. Theſ. 2.* *2. Theſ. 3.* *1. Cor. 4.* *Acto. 20.* *Chryſoſt. homil. 4. de laudibus Pauli.* *Exercitium Pauli.* *2. Cor. 11.* *1. Cor. 4.* *Act. 18.*

professio (quę in piscatione consistebat) clara nimis est ex Euangelio, vti ex illo Matthæi 4. Vbi Christus ambulans iuxta mare Galileæ, vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus, & Andræam fratrem eius, mittéres rete in Mare (erant enim piscatores) & ait illis: Venite post me, & faciā vos fieri piscatores hominum &c. & ex pluribus locis alijs: Pauli verò professio & ars non item ex Euangelio constet, uisum fuit iccircò de ea hic agere fusius.

Διὰ τοῦτο, τούτῳ τῷ ἁλιεῖ ἐνεπίστευσεν ὁ κύριος,
φήσας πρὸς αὐτόν. Ἄπελθε·
Hinc Piscatori confisus Dominus, dixit ad eum: Vade &c.

VIdes quomodo id quod Electionis apparet, ex his artibus existat: Ceterum quod intelligitur, vehementer sit admirabileq; quandoquidem & Dei est Electio. Nam quoniam Iudæorū gloria (ut hic enarrat Chrysostomus) obruebatur, piscatori commisit Christus, vt scrutaretur profunda maris. quod percipitur intelligentia, dicens ad eum: Vade ad mare, & mitte hamum &c.

Παῦλος ἐν ὑψηλοῖς ἀετός. ἡ λύρα τοῦ πνεύματος.
ἡ χελιδὼν καὶ τέττιξ.
Paulus in sublimibus Aquila, Lyra spiritus,
Hirundo atq; Cicada &c.

VEnustam & accommodam Cōparationem hic Diuus Chrysostomus insinuat, quam ideo visum mihi fuit latius explicare, quòd permultum ad Laudes Pauli faciat. Comparat autem Paulum Aquilæ: Nam sicut huius natura est, humilia deserere, alta petere, & cœlorum vicina conscendere: Ita & Paulus hic noster, mundum hunc abiectū spernēs, alta paradisi petijt cœlorumq; fastigia penetrauit: & licet humi ambularet, ea tamen quæ in celis sunt, mente animoq; semper versabat. Præterea quemadmodum Aquila relictis terrenis sordibus, sublimè volans purioris aeris subsimitate perfruitur: Ita & Paulus fæces terrenorum peccatorū deserens, cogitationes in sublimioribus ac cœlestibus totas defigebat, & purioris vitę simplicitate gaudebat. Deniq;, Sicut Aquila prouocans ad volandum pullos, & super eos volitans (vt est Deuter. 37. cap. in cantico Moysis) ita Paulus expandit alas prædicationis suæ cunctis, vt omnes Christo lucrifaceret.

Lyræ Paulus comparatur & rectè: Nam quemadmodū in lyra, quot sunt fides, tot resonant voces: Ita in Paulo, vt eius erant varia dona spiritus: sic quoque vniuersæ ex eo distillabant humanarum mentiū curationes atque medelæ. Et sicut Lyra instrumentum musicum est, quo gentiles Deorum, magnorumq; Principum decantare solebāt laudes: ita Paulus mellifluo vocis suæ oraculo, quod erat lyra spiritus,

Christi

Christi mysteria, gentiumq; vocationem personabat.

Hirundini Apostolus assimulatur: Quoniā sicuti Hirundo sub initio Veris ad nos transuolans amenioris temporis prænuntia, in tectis nidificat, & loca quæ inhabitat à venenis immunia seruare dicitur: ita Paulus ima impietatis caligine decussa, Christoq; agnito rè vestigio omnibus posthabitis, sese gregi Dominico aggregauit, fermentum pharisaicum atque Iudaicum extirpauit, & Ecclesiam sponsam Christi à telis hostium vindicans, purum ac nudum Christum prædicauit, legemq; gratiæ cunctis annunciauit, & ab Hierusalem usq; ad Illyricū, vniuersa Christi Euangelio repleuit. Nam cùm prius à lumine aberrans, supra modum persequeretur Ecclesiam Dei, & expugnaret illam, proficeretq; in Iudaismo supra multos coetaneos suos in genere suo abundantius, existens paternarum traditionum æmulator, ex blasphemo factus est verbi diuini assertor, ex persecutore gentium doctor: violentissimus siquidem persecutor, repentè à Christo factus est ardentissimus prædicator. Et sicut Hirundinis ea natura est, vt incessanter volitet, dum semel apto tēpore anni volitare cœpit: Ita profectò Paulus, posteaquam ex Christianorum persecutore, factus est Euangelij prædicator, illud veluti indefessa quædam Ecclesiæ Hirundo (vt non multò post loquitur Chrysostomus) cunctis annunciauit, prædicauit.

Rom. 15.
Galat. 1.
Act. 8. 9. & 22. cap.

Cicadæ Paulus comparatur, & satis si natura eius inspiciatur accommodè. Quemadmodum enim illius natura est, semper maximè verò sæuiente æstu canere: Ita Paulus, summo feruore animi pietatisq; zelo, nullas persecutiones, nullorum minas, flagra siue tormenta quæcunq; tandem pertimescens, audacter atq; intrepidè Christum eiusq; Euangelium vbiq; prædicauit, ita quidem assiduè, vt ne vnum quidem diem passus sit in otio atq; quiete pertransire, hic in prædicandi ardore ipso igne vehementior, illic indesinenter benefaciendo omnibus: Et simulatq; salutifero ex fonte conscendit, plurimamq; in se flammam ipse succendit, non pericula timuit, non irrisiones erubuit & opprobria Iudæorum, neque sermonem suum ab illis respui indignanter tulit: Quin potius summa constantia, quasi pro vno quodam totius mundi grege inuigilans, omnes gentes à tyrannide Diaboli, ad Christum reduxit, impietatem Iudæorum atq; gentilium quasi fornicationem mentium vno fidei mucrone confodit, & ad vnam fidem Christi diuersos populos attraxit, gentilium abominationes dissipauit ac perdidit, Christiq; ortum voce sonora spirituq; æstuanti, cūctis omninò Gentibus indefessè occinuit.

Παῦλος καὶ Πέτρος, οἱ ζευκτοὶ βόες τῆς Ἐκκλησίας.
Paulus & Petrus, iugati Boues Ecclesiæ &c.

QVomodo gloriosi hi Apostoli, veluti duo quidam boues, simul idē iugum traxerint, pulcrè idem hic Chrysostomus declarat dicens,

cens, eos simul æquè pro Ecclesia laborasse, insignemq; operā toti terrarum Orbi nauasse, & loco iugi, Crucem, labores atq; agones subijsse varios, periculaq; plurima: Pro sessore autē iumenti, Saluatorē ipsum portasse & prædicasse cunctis: Pro iugi vinculo, vniuersam Veteris ac noui testamenti scripturā: Et pro iugi stimulo, Spiritus sancti gratiam, quæ & res gentium prostimulet corroboretq; , & illorum laborem simul ac prædicationem confirmet.

Παῦλος, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς.

Paulus vas Electionis &c.

Ambrosius Serm. 68. de Natali SS. Apostolorū Petri et Pauli.

DE hoc si placet audi Diuum Ambrosium: Paulus, inquit, à Domino vas electionis est nominatus. Nam bonum vas in quo pretiosa mandatorum Christiani præcepta conduntur. bonū vas de cuius plenitudine, substantia vitæ populis semper erogatur & plenum est. Optima Apostolorum nomina, petra & vasculum, necessaria domui Saluatoris, domus enim fortitudinis, petra construitur, vtilitate vasis ornatur. Petra ad firmitatem ne labantur sustētat populos, vas ad custodiā, ne tententur operit Christianos &c. Et hæc de Apostolorum nominibus ex Ambrosio. Quomodo verò ex Persecutore, cooptatus fuerit in vas electionis, præclarè ex actis Apostolicis docet D. Hieronymus: Paulus, inquit, cum interfuisset neci Stephani martyris, & acceptis à Pontifice templi Epistolis, ad persequendos eos qui Christo crediderant, Damascum pergeret: reuelatione compulsus, ad fidem quæ in actis Apostolorū scribitur, in vas electionis de persecutore trālatus fuit &c.

Act. 9. 22. & 26. Hieronym. in Catal. Script. Ecclesiast.

Ὁ τρίπηχυς καὶ τῶν οὐρανῶν ἁπτόμενος.

Qui tricubitalis est & Cælum contingit &c.

HOc non tam παροιμιακῶς ceu per modum Prouerbij, quàm verè de exigua statura Pauli dici, conuincitur vel ex ipso Paulo, qui ad Corinthios scribens, de seipso cōfitetur, quod præsentia corporis eius infirma sit, & sermo contēptibilis &c. Ad quem sanè locū respexisse videtur ipse Chrysostomus, trium cubitorum staturam, hoc est infirmā siue exiguam satis Paulo attribuens, quæ τρίπηχυς ceu tricubitalis ideò ab eo appellatur. Quin & Sententiæ huic adstipulatur, subscribitq; in Ecclesiastica sua historia Nicephorus, Paulum corpore fuisse paruo & contracto & quasi incuruo atq; paullulum inflexo, expressis verbis dictitans: Pluresq; eiusdem sunt sententiæ, quam etiam nonnullæ antiquiores picturæ Vrbis Romæ, haud obscurè representant. Vnde perspicuum euadit, quantum errent illi, qui nescio quam giganteam formā huic S. Apostolo in pingendo affingunt: nisi tamen planè παροιμιακῶς (neq; nimis grandem neque nimis exiguam, at sanè communē & mediocrem staturam intelligendo) id à Chrysostomo forsan dictum uelimus: quemadmodum alibi uocat & Eliam prophetam, trium cubito-

2. Cor. 10. cap.

Nicephor. lib. 2. c. 37.

rum

rum hominem: ſicuti videre licet in Homilia illa in SS. Petrum Apoſtolum & Eliam Prophetam, quæ apud Simeonem Metaphraſten ipſi Chryſoſtomo adſcribitur. Quoniam ita quiuis etiam Homo in comparatione ad Cœlũ, dici haud iniuria τρίπηχυς id eſt, tricubitalis merebitur: Sed optimè meo quidem iudicio, sententiá Chryſoſtomi explicuerimus: ſi vtrumq; in voce τρίπηχυς, diuerſo tamen reſpectu, intellexerimus. Verùm hæc altiori iudicio ſecum expendant Docti.

Ὁ τριώροφον οὐρανὸν διελθών, καὶ εἰς παράδεισον εἰσελθών.
Qui tertium Cœlum peruaſit, & Paradiſum ingreſſus eſt &c.

PRæclarè hoc ipſum & alibi, ſub hac verborũ forma, amplificat idem Chryſoſtomus: Conſideremus ergo quantis illum honoribus, etiã ante tempus reſurrectionis extulerit. In paradiſum rapuit, & in tertiũ Cęlum ſublimauit, ineffabilis arcani participem effecit, taliumq; myſteriorum conſcium, quæ nulli hominum fas fuerit confiteri. Nec immeritò: nam Paulus in terris gradiens, ſic ſe gerebat in cunctis, quaſi ãgelorũ ſocietate frueretur: Nam paſſibili adhuc colligatus corpori, illorum perfectione gaudebat, tantisq; fragilitatibus ſubditus, in nullo inferior ſupernis virtutibus apparere certabat &c. Idem de Pauli in tertium cęlum raptu, refert D. Euſebius Emiſſenus, inquiens: Petro quidem claues regni cęlorum, Domino committente, creduntur: Sed Paulo ſiue in corpore ſiue extra corpus, vſq; ad thronum tertium ſublimato, cælorum ſecreta reſerantur: Et in paradiſo, arcana quoq; verba quæ non licet homini loqui panduntur. Quæ cùm ita ſint, penè ſupra hominem eſt, cui creduntur eloquia homini non loquenda &c.

Chryſoſt. hom. 2. de laudibus Pauli.

Emiſſen. in vita Petri et Pauli, quæ habetur in libro Homil. eius, de Sanctis.

Πέτρος ἡ στερεὰ τῆς πίστεως πέτρα.
Petrus firma fidei Petra &c.

PEtrus pro ſoliditate deuotionis eccleſiarum nuncupatur Petra, ſicut ait Dominus: Tu es Petrus & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam: Petra ſiquidem dicitur, eo quòd primus in nationibus fidei fundamenta poſuerat, & tamquam ſaxum immobile totius operis chriſtiani compagem molemq; contineat. Petra ergo pro deuotione Petrus dicitur: Et Petra per virtutẽ Dominus nuncupatur, ſicuti ait Apoſtolus: Bibebant autem de ſpirituali conſequenti eos Petra, Petra autem erat Chriſtus. Rectè conſortiũ meretur nominis, qui conſortium meretur & operis &c. Ita Ambroſius, qui in Hymno illo, quẽ Auguſtinus lib. 1. Retractationum cap. 21. citat, de eodem ſic habet: Hoc (id eſt) gallo gallinaceo canente, ipſa Petra Eccleſiæ culpam diluit &c. Vbi non ſolum Petrum vocat petram ſimpliciter, ſed & Petrã Eccleſiæ, atq; adeò ipſam Eccleſiæ petram &c. Baſilius in Concione de pœni-

Matth. 16.

1. Cor. 10.

Ambr. ſerm. 47.

Auguſtin.

Baſil.

pœnitentia. Petrus petra est propter Christum petram, largitur enim Iesus suas dignitates: Petra est, petram facit &c. Vnde idem Chryso-
Chrysost. stomus Homil. 27. ex varijs in Matthæum locis, sic enarrat: Princeps Apostolorum Petrus, super quem Christus fundauit Ecclesiam, verè
Augustin. immobilis petra & firma confessio &c. Augustinus Psal. 69. Petrus
Greg. Naz. Christum confessus erat filium Dei, & in illa confessione appellatus
Epiphan. erat petra, supra quam fabricaretur Ecclesia &c. Ita Greg. Nazianz.
Paulin. in Oratione, de modo & ratione in disputationibus seruanda. Epipha
Maxim. nius in ancorato. Paulinus ad Seuerū Epist. 4. Maxim. Taurin. Episc. in
Cyrill. Natali Petri & Pauli, Homil. 1. Cyrill. in Ioannem, lib. 2. cap. 2 Pro-
Prosp. sper de vocatione gentium, lib. 2. cap. 28. Greg. magnus, lib. 6. Epist.
Greg. mag. 37. Damascen. in Historia Iosaphat & Barlaā. Theophilact. in ca. 22 Lu
Damasc. cæ. Euthym. in 16. Matthæi. Concilium Chalcedoneñ. in Act. 3. Et
Theophil. hæc obiter præsentis loci occasione, adducere visum est.
Euthym.
Cōcil. chalc.

Ὁ τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐξ αὐτοῦ τοῦ κυρίου εἰληφώς.

Qui claues Regni cœlorum ab ipso Domino accepit &c.

O Præmium Vicario Christi constituto dignum, & à Pontificum Maximo Pontifice profectum: vt enim quanta confessionis eius esset magnitudo constaret, Christus ob hanc ei concessit, ut antè claues regni cœlorū acciperet, quàm ipse cęli ianuas introiret. Sed quid Clauiū appellatione, nisi Ecclesiæ catholicæ principatum designauit: cūm & frequens in Euangelio, per Regnū cęlorum, catholica Ecclesia
Matt. 25. intelligatur: vti cùm Regnum cęlorum in Euangelio perhibetur simile decem virginibus, quinq, fatuis & quinque prudentibus &c. Petro autem singulariter id concreditur, quia cunctis Ecclesiæ Rectoribus Petri forma proponitur, manetq, Petri priuilegiū, ubicumq; ex ipsius æquitate fertur iudicium, neq; nimia est seueritas aut remissio, vbi nihil erit ligatum nihilue solutū, nisi quod Petrus ante ligauerit aut sol-
Leo Papa. uerit &c. Et hæc ex Leone Papa, in Serm. de Apostolis Petro & Paulo.

Τῶν μὲν ἄνω τὰς κλεῖς εἰληφότες.

Supernarum quidem rerum Claues accipientes &c.

AMbo claues à Domino perceperunt: Scientię iste, ille potentiæ: diuitias immortalitatis ille dispensat, scientiæ thezauros ille largitur. Petro sicuti bono dispensatori, clauē regni cœlestis dedit: Paulo tamquam idoneo doctori, magisterium Ecclesiasticæ institutionis iniunxit, scilicet ut quos iste erudierit ad salutē, ille suscipiat ad quietem, & quorum corda Paulus patefecerit doctrina verborum, eorum animabus Petrus aperiat regna cælorum. Clauis autem dicenda, quòd ea ad fidem peccatorum, dura reserantur, mentium secreta pandūtur, & quidquid intrinsecus clausum tenetur, in palam rationabili manifesta-

ſeſtatione producitur. Clauis inquam eſt, quę & conſcientiam ad confeſſionem peccati aperit, & gratiam ad æternitatem myſterij ſalutaris includit &c. Atq; illud dogma Ambroſij exiſtit: vnde quomodo vtriq; Principum Apoſtolorum claues fuerint concreditæ, perſpicuum euadit abundè. *Ambroſ. Sermon. 66.*

Πέτρος ὁ ἐν τῇ σκιᾷ αὐτοῦ παραλυτικοὺς σφίγγων καὶ θάνατον λύων. Παῦλος ἐν τοῖς ἱματίοις αὐτοῦ.

Petrus ſua ipſius vmbra paralyticos ſolidauit, & mortem deſtruxit. Paulus veſtimentis ſuis &c.

ACta Apoſtolorũ, monumentaq; Patrũ, varia Petri & Pauli commemorant Miracula: vti de Claudo illo à Petro admirabili quodam *Acto. 3. & 4*
modo, ſanitati reſtituto. Ananiæ atq; Sapphyræ morte ineuitabili illata. *Act. 5.*
Tabitha puella vitę reſtituta. *Act. 9.* Cornelio Centurione ad fidem conuerſo. *Act. 10.* Aenea triginta octo annos cum lecto affixus eſſet, ſolo verbo ſanato &c. *Act. 9.*

Fama quoq; inauditorum anteà miraculorũ Pauli valde increbuit, *Act. 19.* adeò vt ſudaria quædam & ſemicinctia (tenues ſcilicet faſciæ) quæ corpus eius attigiſſent, cùm morbos curarent tum demonibus formidoloſę eſſent. Eutychum etiam mortuum Troadæ (cùm è feneſtra *Act. 20.* verborum Pauli ſuauitate delibutus, dormiens excidiſſet) Paulus vitæ reſtituit: Vipera venenoſa, ſuo ictu (quod multis admirationi *Act. 28.* erat) Paulo non nocet, cùm ſerpentem è manu dependentem, excuſſum in flammam conijcit. Aliaq; præclara à Paulo in Melite ſunt edita miracula, cùm vehementes febres, & dyſenteria, quæ mala Publij pa- *Act. 28.* trem dudum vexabãt, ſolo Pauli attactu pelluntur. Alij præterea quã plurimis afflicti morbis, mox omni dolore atq; cruciatu liberati, priſtinæ valetudini reſtituti ſunt. *Ibidem.*

Lubet & hoc admirandum commemorare quod Theodoritus in *Theodorit.* ſua Religioſa hiſtoria, (quam φιλόθεον, ſiue θεοφιλῶ ἱστορίαν inſcribit) in vita Symeonis Monachi, obiter recenſet, quomodo cùm umbra Domini nunquam fecerit miraculũ: magni Petri vmbra & mortem fregit, & morbos exegit, & dęmones fugauit. Sed hæc Dominus per ſeruos ſuos miracula fecit, ſecundum illud: Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipſe faciet & maiora his faciet &c. Ioan. 14.

Οἱ μυρία διὰ τῆς ἐκκλησίας ὑπομείναντες, ἐν φυλακαῖς κατακλειόμενοι.

Qui infinita mala propter Eccleſiam ſuſtinuiſtis, carceribus incluſi &c.

LVcas in Actis, multa admodum pericula Petri & Pauli percurrit, in quæ perſępè inciderunt: Ac Petri quidẽ, quo pacto manibus in eũ

Actor. 4. ca. coniectis, positus sit in custodiam, quod populum doceret & Iesu resurrectionem à mortuis annunciaret, unde & minis prohibitus loqui amplius in nomine Iesu, ipse interim cum fiducia locutus est verbum
Actor. 5. Dei &c. Flagris & contumelijs exceptus, quòd loqueretur cum alijs in nomine Iesu, gauisus est à conspectu Concilij, quod dignus haberetur pro Christo contumeliá pati &c. Inter multa, lubet & hoc com
Actor. 12. memorare: quomodo ab Herode Agrippa captus sit, & in carcerē coiectus, ac quattuor militum quaternionibus traditus, qui eum seruarent, & quod dies essent Asymorum, volens post Pascha eum producere populo, atq; ita mortem præsentem constituerit: nō aliò spectās, quàm vt Iudæorum in eo votis satisfaceret, exspectantium Petro sublato, se facilè & alios Apostolos superaturos &c. verùm Dominus hæc preuidēs, misit Angelū suum qui Petrū è vinculis liberauit, & de manu Herodis, & de omni exspectatione plebis Iudeorū eripuit &c. vide Actorum caput 12. Licet ex eódem quoq; Actorum, Libro disce-
Actor. 16. 19. 21. 22. 23. 24. 26. & 27. cap. re de Paulo, quomodo virgis cęsus sit, & in Carceres coniectus, apud Ephesios periclitatus, Hierosolymis captus, & in castris flagellis cęsus ac torturæ subiectus: In eum quo pacto variæ factæ sint coniurationes & accusationes delatę, ipseq; naufragia passus sit &c. Atque hæc ferè sunt, quæ de malis atque periculis Petri & Pauli, Actorum liber enarrat. De Paulo autem qui plura nosse velit, Epistolas eius percurrat: & Homilias Chrysostomi, maximè de laudibus Pauli. 3. 4. 5. 6. 7. & octauam sedulò fideliterq; legat.

Χαίροις πέτρε, ὁ τοῦ ξύλου τοῦ σταυροῦ ἀπολαύσας, καὶ καθ' ὁμοιότητα τοῦ διδασκάλου.

Gaudeas Petre qui Ligno Crucis fruitus es, & ad magistri similitudinem &c.

PEtrus Crucis sicut Saluator exitum tulit, & à dominicæ deuotionis similitudine, nec morte discretus est: scilicet vt quem imitabatur fide, imitaretur & passione. Cœterùm non recta figura, sicut Dominus noster, sed capite in terrā deuoluto crucifigi voluit: Atq; istud summam eius in Magistrum reuerentiam significat, cùm semper summus ille Apostolus Magistro suo reuerētiam & primatum, vt par erat, tribuerit, suamq; humilitatem illius sublimitati atque potentię subiecerit: atq; hinc se planè reputabat indignum, vt sic Crucifigeretur, vti
Egesipp. passus erat Dei filius. Ita habet Egesippus, in vita Petri & Pauli, lib. 3.
Ambros. de excidio Hierosolimitano cap. 2. Ita Ambros. serm. 68. de Natali
Maxim. Apost. Pet. & Pauli. Maximus serm. 1. in Natali eorumdem. Hierony-
Hieronym. mus in lib. de viris Illustribus, in vita Petri. Theodoritus in Oratione
Theodorit. περὶ τῆς ἀγάπης recēter à nobis cōuersa & in lucem edita. Ita sentit &
Gaudent. Gaudentius Episcopus Brix. lib. 3. Sermonū D. Zenonis nu. 47. Aurelius

lius Prudentius in suo Peristephano, de passione Petri & Pauli. Isidor. Ispal. Episcop. de Patribus noui Testamenti, in Vita Petri. Metaphrast. serm. de adoratione Catenarum & gladij Sancti Petri. 16. Ianuarij. *Metaphrast. Isid. Ispal. Prudent.*

Ὦ εὐλογημένοι ἧλοι. οἵτινες τὰ ἅγια ἐκεῖνα
μέλη διῆλθον.

O clauos illos beatos qui mēbra illa sanctissima penetrarunt &c.

QVod S. Petrus clauis affixus fuerit cruci, & non funibus alligatus, sicuti quidam uolūt, ex hoc loco Chrysostomi cuiuis euadit perspicuum: Dicit enim manifestè, quòd claui membra Petri penetrarint. Cuius auctoritas si non suffecerit, probatur etiā eadem veritas in primis ex communi modo loquendi Patrum, conformiter asserentium, Petrum auersis vestigijs cruci fuisse affixum, & non funibus alligatum: sicuti quidam hactenus existimarunt, fictitijs picturis potius quàm veris Historijs persuasi. Hoc addo, quòd veteres picturę siue sculpturę Romanæ, vbiq; clauorum fixuram in Petro crucifixo referant: sicuti in Vaticano apparet, ex figura illa Petri super ciboriū quod uocant Sacelli magnorum Apostolorum Petri & Pauli, vbi eorū recondita sunt corpora: & in Porta illa ærea porticus Basilicę eiusdē S. Petri de Vrbe, olim Ecclesiæ eidem tēpore Concilij Florētini ab Eugenio 4. affixa: in qua Martyrium Petri & Pauli ex auctoritate & traditione antiquiorū, miro quodam modo, cum fixura Clauorum in manibus & pedibus Petri, repetitur insculptum. Eandem quoq; crucifixionem videre licet Romæ (vbi verè Petrus crucifixus est) & in aliarum Basilicarum siue Ecclesiarum picturis atq; sculpturis antiquioribus, quibus multum sanè tribuendum censeo. Quod si communis illa Patrum loquendi ratio, ac picturarum & sculpturarum antiquiorum cōsuetudo alicui fortè nō suffecerit, uniuersi cœtus orthodoxorum Patrum sententię, conformiter illud tradentium, credat necesse est. Ita enim ex multis sentit Egesippus uetustissimus Auctor (qui tempore Aniceti fuit, immo Apostolicorum temporum teste Hieronymo vicinus) lib. 3. eiusdem de excidio Hierosolimitano cap. 2. Ita Ambrosius serm. 68. de Petro & Paulo: Et in Oratione eiusdem de tradendis Basilicis, quę habetur lib. 5. Epistolarū suarū, idem traditur. sic D. Maximus Episcop. Taur. serm. primo, de Natali Apostolorum eorumdem. Gaudentius lib. 3. Sermonum Zenonis num. 47. Prudentius in suo Peristephano, de passione Petri & Pauli. Bernardus serm. 2. in Vigil. magnorū Apostolorum Petri & Pauli. Ita quoq; Diuus Hieronymus lib. de viris illustribus in uit. Petri & Pauli. Et Isidorus Episcopus Ispalensis in vit. Petri: ac Damasus Papa in suo Pontificali, in vita eiusdem. Qui omnes conformiter tradunt, Petrum auersis vestigijs capite in terram deuoluto, fuisse Cruci suæ affixum: atq; illa affixio siue crucifixio (ut ita loquar)

D. Petrum clauis Cruci suæ fuisse affixum, copiose demonstratur.

Nota.

Egesipp. Ambros. Maxim. Gaudent. Prudent. Bernard. Hieronym. Isid. Ispal. Damas. Pap.

quar) proculdubio penetratione clauorum per manus & pedes eius, quemadmodum clarè, hic testatur Chrysostomus, facta est: Sicuti etiã ex vi verbi προσηλωθῆναι, à nobis in Scholijs nostris in Theodoriti Orationem περὶ τῆς Ἀγάπης, clarissimè ostensum est. Hinc quoq; Simeon Metaphrastes in illis, quæ huic de Apostolis Orationi, vel de suo vel ex Chrysostomo, in fine eiusdem annectit, sic habet: Sit mihi ensis ille pro corona, & claui Petri pro lychnitibus gemmis infixis in Orbem diadematis &c. Et in Oratione de Certaminibus, laboribus, & peregrinationibus, ac Consummatione magnorum Apostolorum Petri & Pauli, idem Metaphrastes quasi circa mediũ, de eodẽ sic enarrat: Petrũ illum magnum Domini Apostolum inuersum Cruci affigunt: Quamobrẽ cum et Clauorũ dolores similiter atq; Christus Deus noster, ipse quoq; sustinuisset, puram & immaculatam suam animam, in manus Dei deposuit &c. hæc ille. Atq; ex his & alijs veritati subsistentibus Historijs, constat Petrum Clauis fuisse Cruci suę affixum: funibus verò, aut alio quouis modo eum alligatum eidem fuisse, minimè comperio,

Symeon Metaphrast.

Παῦλος δὲ ὁ μακάριος τὴν κεφαλὴν ξίφει ἀπετμήθη.

Beatus autem Paulus cui caput Ense præcisum est &c.

D. Paulũ nõ securi, sed Ense cæsum esse cõuincitur.

EX hoc loco Chrysostomi manifestissimè conuincitur eorum error, qui volunt Paulum non Gladio sed Securi percussum, quomodo etiam hactenus perperam nimis eius Decollationẽ depingere solebãt plurimi, fictis potius traditionibus, pingendiq; consuetudinibus, quàm ueris Historijs innitentes. Vt autem cuiuis persuasissimum sit, Ense siue gladio & nequaquã Securi, Paulo fuisse caput præcisum: Vides hic consequenter tribus vicibus ab Auctore meo, ensis seu Gladij mentionẽ fieri, neq; id casu aut temerè: sed quod res ita gesta sit crede. Cuius etiam veritatem confirmant omnes illi Patres atq; Scriptores, quos iam breuiter super fixura clauorum, quibus Petri membra Cruci affixa erant, adduximus: Pluresq; alii, immo quorũ Auctenticæ sunt historiæ, omnes ita sentiunt. Et cùm hæc communis sit Patrum sententia: si qui ex vno aut altero Apocrypho forsan magis quàm vero scripto, hanc nostram Historiam infringere ausi sint, nihil effecerint. Quare hinc uelim admonitos omnes Ecclesiasticæ Historiæ Scriptores, Pictores ac Sculptores & Statuarios, vt in Decollatione S. Pauli exprimenda, deinceps veritatẽ rei gestæ (quam hinc discere poterunt) ob oculos habeant, neq; temerè amplius, ac falsò Securim pro Ense siue gladio affingant reponantq;.

Ποῖος τόπος τὸ σὸν ἐδέξατο τὸ αἷμα, τὸ γαλακτοειδὲς ὀφθέν.

Qualis locus tuum Paule sanguinem excepit, qui lacteus apparuit &c.

OCcasionem ex Græco Latinam faciendam typisq; committendam præsentem hanc Orationē de magnis illis Apostolis, vel solus hic locus Chrysostomi (quod pro sanguine, lac è collo Pauli, desecto capite defluxerit) dedit: Cum enim nonnulli Miraculum illud aut Apocryphon haberent, aut sanè à Chrysostomo (eò quod inter impressa eius hactenus opera nusquā reperiretur) id positum negarent: ideoq; perperam in Octaua Apostolorum Petri & Pauli, de mense Iulio, sub nomine Chrysostomi in Breuiario Romano, ex Decreto Sacrosancti Concilij Tridentini restituto, & Felic. recor. Pij V. Pont. Max. iussu nouissimè edito reponi, censerent: factum est vt ego, super veritate eiusce requisitus, Illustrissimum ac Reuerendissimū Cardinalem Sirlettum Romæ consulerem: & quia diuina ei est rerum lectarum memoria, & cuiusuis generis antiquiorum librorum, maximè verò manuscriptorum, hactenusq; nondum editorū suppellex, eum rogitarē: num eiusmodi miraculum sese apud Chrysostomū quem familiarissimum habet, vspiam legisse meminisset, aut inter manuscripta illius Opera nondum edita, contineri sciret: ipse sibi tempus cogitandi, ac inquirendi ad biduum aut triduum, vt mihi & alijs fieret satis, tribui concediq; iussit: quo elapso, mihi ad eum redeunti protulit manuscriptum quoddam huiusce Orationis sub nomine D. Ioannis Chrysostomi Exemplar, in quo dicti miraculi enarrationem è verbo ad verbum, sicut in Breuiario reperitur, descriptam ostendit. Vnde quoq; factum est, vt ego tanquam diuturnam quandam sitim explere cupiēs, ad eam ipsam Orationē, cum vno adhuc aut altero Exēplari, Romæ quoq; postea oblatis collatam, ex Græco Latinam faciendam, & in lucē sub nomine veri sui Auctoris Chrysostomi proferēdam, animum adiecerim: Idq; vel hac potissimum de caussa, vt illi qui prædicti miraculi enarrationem non Chrysostomo, sed Metaphrasti hactenus attribuerunt, discant minus leuiter, deinceps super dictis ac scriptis Patrum iudicium ferre: norintq; hinc quod illorum pace dixerim, se neq; Chrysostomi, vt & multorum aliorum, omnia vidisse: neq; ipsum Metaphrasten rectè legisse, qui præterquam quod in fragmento huius Orationis quam integram non protulit (ut in prima hac nostra Editione ex Autographis desumpta patebit) singulare atq; insigne hoc Miraculum non recenset, etiam multa alia quæ hinc verè Chrysostomi cognosces, omittit: Cuius rei haud leue mihi præbuere testimonium pleriq; codices tam in Germania, quàm Italia ante hac visi, ac potissimum Romæ, antiquis-

antiquissimum quoddam inter alia, manuscriptum Exemplar Bibliothecæ Vaticanæ Græcum ipsius Metaphrastis, atrio 2. Pluteo 1. in parte superiori, numero 528. positum: in quo nulla prorsus fit lactis mentio: vt verba ipsa fol. 77. columna 2. sub finem cõmostrant. Quæ sigillatim atq; minutim adducere visum est, vt modestè atq; syncere potius quàm curiosè, de scriptis Patrũ, multi antiquitate membranis adhuc contenta, minus sese oblectantes, suas proferre sententias, in posterum discant. Et vt de tanti huius Miraculi veritate, constet omnibus: Testes profero omni exceptione maiores: pro Latinis, Sanctũ vnũ Ambrosiũ serm. 68. de Natal. Apostolor. Petri & Pauli, hoc ipsum attestantem: Et pro Græcis, Diuinum hunc nostrum Chrysostomum, præsenti hac Oratione, quam sub eius nomine damus, eiusce miraculi veritatem asserentem: quos duos vel solos tamquam Corypheos, in eodem ponendo Miraculo, imitati sunt & Posteriores.

Ambros. *Chrysost.*

Nota. Miraculosus autẽ ille Lactis è ceruice Pauli effluxus, qui verè integritatis ac innocentiæ illius signum dici potest, ferientis Barbari animum melle quouis (vt optimè hic refert Chrysostomus) dulciorẽ reddidit, eiusq; ad Christum cõuersionis caussa exstitit, & triginta quinq; adhuc alios seruos, omni cum promptitudine atq; alacritate, Christo Domino subdidit. Ita Chrysostomus inter Græcos, Ambrosius inter Latinos, alijq; posteriores tenent traduntq;.

Ἀνεπαύσατο ἐτῶν ἑξήκοντα ὀκτώ.

Perfecto octo & sexaginta annorum vitæ cursu, quieuit &c.

Paulum octo & Sexaginta annorum fuisse probatur. HAbes hic insignem Diui Pauli octo & sexaginta annorũ ætatem, à Chrysostomo expressam: ad quam etiam facilè peruenisse Paulum, vel ex eo conuincitur, quòd seipsum in Epistola ad Philemonem, πρεσβύτην, hoc est senem (licet enim verbo eius vti) appellat. Volens siquidem Philemonem in suam sententiam pertrahere Paulus, rogat eum inter alia, vt talis sit, sicut Paulus iam senex. ita Chrysostomus Homil. 2. super eandem Pauli Epistolam. Grandis enim fuit Pauli præsentis honor & gratia: Pauli inquam, post ætatem senectutis expressam &c. vide Chrysost. Homil. 3. super eandem ad Philemonem Epistolam &c.

Ceterùm quod nonnulli permoti verbis Actorum, vbi Paulus Adulescens appellatur, volunt Paulum nequaquam ad tantam ætatem peruenisse: præsertim cùm post Conuersionem suam, triginta quinq; annos dumtaxat superuixerit: & in lapidatione Stephani, testes dicantur deposuisse vestimenta sua secus pedes Adulescentis qui vocabatur Saulus, vt est in Actis Apostolicis.

Act. 7. cap.

Breuiter vt multis satisfiat, & Auctoris mei super certa illa Diui Pauli Aetate, quam primò omniũ ab eo positam atq; expressam reperi, sentẽtia saluetur; Quæro ex contrariæ sententiæ Assertoribus (qui

vel in

vel in eo solo omnem difficultatē mouent, quòd Paulus dicatur Adulescens fuisse in lapidatione Stephani) cuiusmodi adulescentem ipsi tum fuisse Paulum existiment? quindecimne, aut viginti annorum dumtaxat? ita proculdubio dicent: Sed ego Aetatem eius potius scripturæ usu, quàm nostro loquēdi more limitādo, multò tunc maiorem fuisse, facilè ostendero. Non enim in his & similibus ipsius vulgi, sed vsitata ac venerāda Scripturæ seruāda est appellandi cōsuetudo: Quomodo etiam Isaac Gen. 24. Puer vocatur, cùm Rebeccam in vxorem duceret, quando tamen ex verbis etiam Scripturæ Gen. 25. vel ad litteram, constat eum fuisse annorum quadraginta. Quid, quòd eodem loquēdi modo, Tres illi Sidrach, Misach, & Abdenago in Fornacē missi, etiam pueri appellantur, cùm tamen eosdem viros fuisse constet, vt patet Danielis 3. vbi non semel virorū appellatio ijsdem attribuitur. Numquid & Christus ipse discipulos suos Pueros appellauit, Ioannis vltimo, vbi sic eos compellat: Pueri numquid pulmentarium habetis &c. cùm tamen dubitandum non sit, Petrum qui inter illos erat, si non plurium, saltem non pauciorum annorum tunc quadraginta fuisse, sicuti ex eodem hoc cap. Ioannis, ex Chrysostomo alijsq; demonstrabimus alibi. Et quid mirum, si dicamus eodem loquendi modo, à Luca in actis Apostolicis Paulum, dum lapidaretur Stephanus, dictum adulescentem, licet tres & triginta, si non plures, tum habuerit annos; Quam sanè ætatē, facilè ab eo, in passione Stephani, fuisse completam, si ex ante dictis, à simili, satis probatum non sit: probabo duplici alia ratione, etiam in eodē Actorū libro fundata: primū quidē ex eo quod Act. 8. Saulus dicitur deuastasse Ecclesiā, & viros ac mulieres per domos intrans, traxisse tradidisseq; in custodiā &c. Quodq; Act. 9. dicitur adhuc spirans minarum, & cædis in discipulos Domini, petijsse à Principe Sacerdotum Epistolas in Damascum ad Synagogas, vt si quos inuenisset huius viæ viros ac mulieres, vinctos perduceret in Hierusalem: tum quòd potestatem habuerit à principibus Sacerdotū, alligandi omnes qui inuocabant nomen Domini &c. Et cùm hi omnes actus sint viri potius quam adulescentis aut pueri, sicuti nos communiter illorum appellatione vtimur: certum est Paulum tum virū & non adulescentem, nostro loquendi modo fuisse. Huius vt maior tibi à nobis fiat fides, probatur idem secundo, vel ex eo quòd Paulus etiā priusquā conuersus esset, à Luca vir appelletur, vt est Act. 9. si rectè obseruaueris, vbi Ananias respondit: Domine, audiui à multis de Viro hoc, quāta mala fecerit sanctis tuis in Hierusalem &c. Cuius autē ætatis vir fuerit, tu ipse ex actis & factis eius antecedētibus conijce: mihi quidem ex his quæ adduximus, euidenter ac necessario concludi posse videtur, Paulum in lapidatione Stephani, si non plurium, sanè nō pauciorum annorum 33. esse potuisse, vt & vsus loquēdi Scripturæ intelligatur, & sententia Auctoris mei saluetur. Sed iam quoq; consideremus

Nota.

Act. 7.

Nota.

deremus, quot adhuc annos post suam ad Christum conuersionē superuixerit Paulus, quod vt liquido cōstet, vniuersum tempus vocationis siue conuersionis, ac Prædicationis eius vsq; ad Martyrium ipsius, attendamus necesse est: Primumq; ponamus cum Isidoro Ispal. Episcopo, alijsq; tempus inter passionem Domini, & Pauli Conuersionē statuentibus, inter hoc & illud, biennium interfluxisse: cùm communis hæc sit omnium sententia, Stephanum leuitam ac Protomartyrem (cuius Martyrio intererat Paulus, tunc adhuc Saullus) à Iudæis nō longè post Ascensionem Domini lapidatū esse, eodē scilicet anno, & Paulū secundo post Ascensionem Domini anno, conuersum: Statuamusq; cū Eusebio Pamphili, quem in hanc partē citat Metaphrastes, Paulū viginti & vnū annū prædicasse pietatē in Christū, & alios duos annos Cęsareæ transegisse in Carcere, quibus & coniungit Eusebius duos priores annos quos egit Romæ, & vltimos decem, vt eius quoq; prædicationis & vocationis vniuersum tēpus sit triginta quinq; anni. Atq; hunc eundē annorum numerū, à Paulo post vocationis tempus vsq; ad Martyriū, completum ponit & D. Hieronymus, sic de eo scribens: Hic ergo decimoquarto Neronis Anno, eodem die quo Petrus Romæ pro Christo capite truncatus, sepultusq; est in via Ostiēsi, anno post passionē Domini trigesimo septimo &c. Et ne hic aliquam subesse existimes discrepantiā, animaduerte Metaphrasten ex sententia Eusebij, computare annos quibus post Conuersionem suam superuixit Paulus, atq, ita 35. statuere, cùm secundo post Ascensionem Domini anno, conuersus sit: Hieronymum autem à die Passionis Domini, & sic 37. ponere, ex quibus si biennium illud tollas, 35. remanebunt. Quibus sic positis, euidenter concludo ex tribus illis & triginta, si nō pluribus annis, quos ante Conuersionem suam habuit Paulus, & alijs 35. quibus post Conuersionem siue vocationem suam ad Apostolatū, vsq; ad tempus Martyrij sui superuixit, saluari sententiā Chrysostomi, ac S. Paulum cùm pateretur, non potuisse pauciores annos sexaginta octo habuisse. Eodem etiam modo, Lectori vt per omnia satisfiat, Aetatem Petri, ex firmis coniecturis verisq; rationibns atq; Auctoritatibus, tempore sui Martyrij fuisse Octuagenariam, breui spero demōstrabimus alibi.

Isid. Ispal. in vita Pauli de patrib. noui testam.

Act. 9.

Metaphrast. in comment. de certaminibus peregrinat. & laboribus ac consummat. Petri & Pauli subfinem.

Hieronym. in vita Pauli de viris illust.

Nota.

D. Paulū nō pauciores annos 68. habuisse cōuincitur.

Ἐστὶν οὖν ὁ μακάριος Πέτρος ἀπὸ Βηθσαΐδα τῆς γαλιλαίας.

Est autem Beatus Petrus à Bethsaida Galilææ &c.

Patria Principū Apostol. I. et e. Pauli.

Ioannis. 12.

Hic breuiter Principis Apostolorum, & Doctoris gentium describitur Patria: Erat siquidem Simō Petrus Filius Ionæ, prouinciæ Galilęę ex vico siue oppidulo Bethsaida (vnde & Philippus oriūdus erat) frater Andreæ Apostoli, Apostolorū Princeps, & fortissimus fidei agonotheta. Paulus autem qui antea Saulus dictus erat, de tribu Beniamin oppido Iudęę Giscalis fuit, quo à Romanis capto, cùm parētibus suis

suis Tarsum Ciliciæ cõmigrauit. Vnde & in Actis Paulus se hominẽ Iudæum à Tarso Ciliciæ, non ignotæ ciuitatis municipem appellat. De quo Hieronym. in Catal. Script. Ecclesiast. Quoad verò nomina Patris & Matris Pauli, ea memoriæ non esse prodita, alibi notat Chrysostomus, asserens tamen Iudæum fuisse patrem eius & ciuem Romanum, Hæbrœum de tribu Beniamin, & Israelitã ex semine Abrahæ, vt ex actis Apostolicis, & ipsius Pauli Epistolis maximè euadit perspicuũ.

Actor. 21. & 22.
Chrysost. in 1. Cor. ca. 5. homilia. 15.
Rom. 11.
2. Cor. 11.
Philipp. 3.

Κεκοίμηνται δὲ ἐν τῇ μεγαλοπόλει Ρ'ώμῃ τῇ ἀρχαίᾳ, μηνὶ ἰουνίῳ εἰκάδι ἐννάτῃ.

Obdormiere autem in magna Vrbe Roma veteri, vigesimo nono die mensis Iunij &c.

EX hoc loco, & diem & locum Martyrij gloriosorum Apostolorum Petri & Pauli disce, neq; absq; caussa factum puta, quod gloriosissimi illi Christianæ fidei principes, vno die (qui vt hic doceris à Chrysostomo, erat uigesimus nonus mensis Iunij) vno loco, vnius Tyranni tolerauere sententiam: Vno die passi sunt vt ad Christum pariter peruenirent. vno in loco, ne alteri Roma deesset. sub vno persecutore, vt æqualis crudelitas vtrumq; constringeret. Dies ergo pro merito, locus pro gloria, persecutor pro virtute decretus est. Et in quo tandem loco Martyrium pertulerunt? In Vrbe Roma quæ Principatũ & caput obtinet nationum: Scilicet vt vbi caput superstitionis erat, illic caput quiesceret Sanctitatis, & vbi gentilium principes habitabant, illic Ecclesiarum principes morarentur. Ambo inquam vno die passi sunt, scilicet vt quos vna fides seruitio deuinxerat, vna dies Martyrio, coronaret &c. Atqui hæc ex Doctrina Ambrosij, serm. 68. Maximi homil. 5. in Nat. Petri & Pauli. Isid. Ispalen. in uita S. Pauli, lib. de Patrib. nou. test. & aliorũ. Quod autẽ in Vrbe Roma, vno eodemq; nõ solũ die sed & anno simul Petrus & Paulus passi sint, rationibus simulac auctoritatibus quãplurimis ijsq; irrefragabilibus, à nobis demonstrabitur alibi.

Cur Petrus & Paulus uno & eodẽ die, in vna Vrbe, & sub vno Tyrãno passi sint.

Ambros.
Maxim.

Ε'ν τῇ μεγαλοπόλει Ρ'ώμῃ τῇ ἀρχαίᾳ.

In magna Vrbe Roma veteri &c.

DIcit (in Roma veteri) Chrysostomus, ad distinctionẽ Romę nouę, quæ est Constantinopolis, quem modum loquendi fere seruatum videmus ab antiquissimis Scriptoribus Ecclesiasticis Græcis, Græcorumq; Concilijs. Vnde ad hanc differentiam modumq; loquendi alludens alibi Chrysostomus, de loco Sepulturæ S. Petri sic enarrat: Consentaneum inquam fuit seipsum, his qui per eum Christo crediderant distribuere atq; impertiri, & Romæ quidem ueteri, venerandi sui corporis depositionem ac Sepulturam largiri, huic autem Regali & nouę

Differentia inter. Romã. veterem & nouam.

Chrysost.

F 2 Vrbi

vrbi (de Constantinopoli loquitur) eorũ quę passus est symbola atq; insignia relinquere,& sacratissimi Corporis loco, suauissimarum catenarum munere, Vrbem hanc afficere &c. Ita Metaphrastes,in Oratione quam sub nomine Chrysostomi circumfert, de laude Catenarum & gladij S. Petri Apostoli.16. Ianuarij.

Ἐπὶ Νέρωνος τοῦ ἀνοσιωτάτου βασιλέων ἀναιρεθέντες.

Sub iniquissimo Imperatore Nerone è medio sublati &c.

Greg. Tur. lib. 1. Hist.

Sueton. in uita Neronis.

Euseb. cæsar. lib. 2. Hist. Eccles. c. 25.

Lin. Pap. de Pass. Pet. & Pauli. Marcellus in vita Petri. Chrysost. in Orat. aduersus eos qui prohibẽt fieri Monachos. Ita Metaphrastes, ĩ Commẽt. de peregrinat. et consũmat. Pet. & Pau.

CVm nomen Christi per populos magis magisq; dilataretur à gloriosissimis Apostolis,oritur contra hoc antiqui serpẽtis inuidia, & totis se Imperatoris præcordijs sæua immittit malignitas. Nam Nero ille luxuriosus, vanus atq; superbus,virorum succuba, & rursus virorũ appetitor, matris, sororum, ac proximarũ quarumcũq; mulierũ spurcissimus violator,ad complendam malitiæ suæ molem,primus contra Christi cultum,persecutionem excitat in credentes, primumq; Petri & Pauli tamquam ducum & signiferorũ in populo Dei necem expetiuit,ac hunc quidem capite deorsum deuoluto,cruce: illum verò Ense,interficiendum curat. Sed quanam caussa commotus? In caussa ob quam eos Martyrio subiecerit crudelissimus Nero, omnes in eo cõueniunt, quòd impia atq; iniusta exstiterit:sed discrepantia existit, quòd alij velint Neronem id temporis in eos fuisse commotum, propter fœminas quę in Dominum crediderant,& pudicè casteq; viuere statuerant,neq; cum eo amplius congredi sustinebant,sed ab immundo illo congressu sese penitus liberabant. Alij in id caussam crudelitatis illius referunt,quod illi inter cetera mirabilia, etiam Magum illum Simonem Orationibus suis,de vacuo Aeris præcipiti, ruina prostrauerint, illumq; in multis confusum reddiderint, cùm & eo potissimum consilio, Petrum Romã accessisse scribat Clemens,qui ei quarto loco successisse creditur: vt Magi illius (quæuis impiè de se iactantis & inter alia mortuorum resuscitationem) errores refutaret. Ita sentit Egesippus celebris & antiquus admodũ Auctor lib.3. eiusdem, de excidio Hierosolimitano cap. 2. Ita Maximus Episcopus Taur. Serm.1. de Natali Petri & Pauli,clarissimè tenet. Ita Gregor. Tur. lib. 1. Histor. Nicephorus lib. 2. Histor. Ecclesiasticæ,cap.16.& 17.cum plurimis alijs, quos hic longum foret nimis recensere,sustinent. Sed quoniam iam Coronis huic Cõmentariolo nostro in Magnos illos duos Apostolos, imponẽda est: hoc solum restat considerandũ, quem Exitum,quemue impiæ illius suæ tyrannidis fructum consecutus sit Nero, eiusq; præstigiator flagitiosissimus Simon Magus.

Quis

Quis fuerit Exitus siue interitus tam Neronis, quàm Simonis Magi.

CVm verum sit malos malè perdi (ut est in Euangelio) id si in alijs, sanè in teterrimo illo Reip. busto Nerone, eiusq; præstigiatore Simone Mago omnium vitiorum ac turpitudinum lerna, locũ habuit: quorum illi, cùm quattuordecim annos præter paucos admodũ menses Imperium administrasset, ad summam eius insaniam hoc fuit reliquum: ut mente per intemperiem captus, manus tandem sibiipsi afferret &c. Ita Nicephorus. Huius quoq; funestum exitum exponens Gregorius Turonensis, sic de eo commemorat: Cùm Petrũ Cruce, Paulum gladio interficiendos iussisset Nero, excitatam super se seditionẽ fugere tentans, quarto ab Vrbe lapide propria se manu interfecit &c. Haud dissimile de eiusdem interitu, narrat etiã Suetonius in vita Neronis. Et Tacitus, vitam eius lib. 13. 14. 15. & 16. percurrens. Ita quoq; de eodem habet Paulus Orosius lib. 7. cap. 7. Et post hos D. Honorius Augustudunẽsis præsbiter, in speculo suo Ecclesiastico, Sermone quodam de Petro & Paulo, hoc amplius referens, quòd Nero post internecionem Apostolorum, à Populo Romano propulsatus, in siluis delitescens, à Lupis deuoratus sit. Vtut sit, probrosa eius mors exstitit, & funesta: cùm & à Romanis profligatus sit, & sibi ipsi violẽtas manus intulerit. Sed iam eius Præstigiatoris, mortis quoq; genus expẽdamus, vt funesto impiorum exitu terreantur mali, & hinc consolationẽ aliquã accipiant boni: Simon magus præstigiator Neronis & seductor populi, dęmonum ope in cęlum euolare contendens, ne hac specie Christianus populus deluderetur, præcibus Petri effectum est, vt implicatis remigijs alarum quas sumpserat, pręceps in terram corruerit, non tamẽ statim exanimatus, sed fracto debilitatoq; crure (vt est apud Egesippum) Aritiam concessit, ibiq; mortuus est. Ita quoq; aduersus Simoniam hæresim sensisse videtur Epiphanius: ita habet & Maximus Episcop. Taur. serm. 1. de Natali Apostolorum. Quin & hunc, secundo post eius ex aere lapsum die, demum interijsse, refert alibi Metaphrastes, in hæc verba: Simon Magus lapsus ab aere, ad terram fertur casu misero & miserabili, & cõtrito toto infelici corpore, secundo post die miseram emittit animam, acribus cruciatus doloribus &c.

Alij autem volunt illum non superuixisse sed statim ex illo casu perijsse, atq; ita sentit Nicephorus, sic de eo scribens: Simon se Christo æquiparãs, in cęlum volare, dæmonibus eum quibus se permiserat ducentibus, conatur. At Petri Oratione Simon dæmonum ope in cęlos euolans, statim præceps deorsum versum fertur, & humi allisus mortuusq; rumpitur &c. De eo verò Honorius Augustud. loco antè citato sic enatrat: Simon, inquit, Magus promittens se cęlum ascensurũ & Neronem ad se de terris auocaturũ, si ei alta turris fiat, ex qua cęlum petat,

Matt. 21.
Niceph. lib. 2. cap. 37. et lib. 3. ca. 5.
Grego. Tur. lib. pri. Hist. in vit. Petri.
Sueton.
Tacit.
Oros.
Honor. Augustud.
Ita cõmunis Historiæ habet traditio.
Interitus Simonis Magi.
Egesip. lib. 3 cap. 2.
Epiphan.
Maxi. Taur.
Metaphrast. de certam. laborib. peregrinat. & cõsummat. Petri et Pauli.
Nicephor. li. 2. hist. Eccl. cap. 36.
Honor. Augustud.

petat cùm id inter peccatores fieri nō conueniat. Iussit igitur Nero, aduocata multitudine artificum, ligneam turrim exstrui, ad quod spectaculum totus populus Romanus confluxit. Simon verò laureatus cępit volare, atq; à dęmonibus portatus aera penetrare, quos Petrus adiurat, & ne eum vlterius ferant, per Christi nomen imperat: mox ab eis relictus cecidit, & in multa frusta dissilijt &c. Hæc ille. Ceterùm grauior antiquiorq; ac proinde & verior habenda est sententia priorum, asserentiū Simonem Magum non statim atq; corruisset mortuum, sed post suum illum casum Ariciam concessisse, ibiq; acribus cruciatū doloribus fuisse exstinctū: an autē sub Claudio aut potius Nerone (quia dubitant nonnulli) priusquam concludamus, videndum certiq; quid statuendum nobis erit,

Simō Magus Ariciæ interryt.

Quod Simon Magus sub Nerone verius quàm Claudio perierit ostenditur.

TAmetsi non desint qui sub Claudio potius quàm Nerone, Simonē Magum bustum Christianę Reip. pestilentissimum, perijsse contendant: me tamen vt contrarium magis verum credam, grauissima longeq; clarissima, quæ in medium proferre visum est, conuincunt testimonia, principalioresq; in solum Neronem conueniunt caussæ. Et vt hoc primum, fidedignissimorum testium comprobem auctoritatibus: Egesippus insignis & vetus auctor, loco supra citato, scribit Neronem simulatq; intellexisset exitialē amici sui Simonis Magi casum, caussas quæsijsse Petrum & Paulum occidendi &c. In huius confirmationem accedit, quod Damasus Papa in suo Pontificali recenset, Petrum cum Simone Mago multas disputationes habuisse, tam coram Nerone Imperatore quàm coram populo, & quos beatus Petrus ad fidem Christi aggregabat, ille per magias & deceptiones segregabat &c. Non potuit igitur coram Nerone Imperatore disputare, quem tu sub Claudio qui Neronem in Imperio præcessit, mortuum arbitraris..

Egesippus. lib. 3. de excidio Hierosol. cap. 2.
Damas.

Quin & Maximus Taur. Episcopus affirmat Petrum a Nerone occisum, quòd inter cętera mirabilia, etiam Magum Orationibus suis de aeris vacuo præcipiti prostrauerit &c. Gregorius autem Turonensis refert, quòd Nero secum habuerit Simonem Magū virum totius malitiæ omnisq; magicæ artis Magistrum, quo eliso per Apostolos Domini Petrum atq; Paulum, commotus in eos Petrum Cruce, Paulum gladio interfici iubet &c. Atqui hæc Nerone imperante gesta esse quis dubitat. Huc accedit quod Nicephorus Calistus non obscurè de eodem, in hæc verba recitat: Nerone imperante Simon Magus Romę miracula per imposturas & præstigia edebat &c. Et alibi apud eundē sic reperitur: Diuus Petrus orbe peragrato, sub Neronis Imperio Romam venit, ad Simonem Magum perturbatorem Euangelij Christi coarguen-

Maxim. ser. 1. in Natali Pet. et Pauli
Greg. Tur.
Niceph. li. 2. hist. Eccles. cap. 27. Et lib. 2. ca. 37

coarguendum &c. Eiusdem quoq; est sententiæ D. Honorius Augustud. vbi supra, qui inter alia habet, quod Nero ob casum atq; interitum Simonis magi, quem à Petro aiebat procuratum, furore repletus, iusserit Apostolos supplicijs interire, qui illicò carcerali custodia, nouem mensibus macerantur &c. *Honor. Augustud.*

Sed & principaliores caussæ si quærantur, in solum Neronem conuenire reperientur: Neq; enim ob Christi doctrinam, veteres scribunt Petrum à Nerone interemptum: Sed quod in Christi doctrina, & Magum vnicas Neronis delicias, planè confusum reddiderit ac quasi ad necẽ coegerit: tum quod duas eius amicissimas pellices ab illo impurissimisq; eius libidinibus, ad fidem in Christum pietatemq; traduxerit. Quæ vni Neroni Imperatori sęuissimo conuenire; ibit inficias peritorum Ecclesiasticæ Historiæ nemo. Quod si quis refragetur, illi ex sacra vetustate pro priori parte, testes oppono omni exceptione maiores, Egesippum antiquissimum & celeberrimum auctorem lib. 3. de excidio Hierosolymitano cap. 2. Maximum Episcopum Taur. serm. 1. de Natali Petri & Pauli: Gregor. Tyron. lib. 1. Histor. Niceph. lib. 2. Hist. Eccles. cap. 16. & 17. aliosq; compluꝛes, quos hic citare in re clara & certa, longum aut potius superuacaneum foret nimis. Posterioris sententiæ Auctores ne putentur deesse, etiã dabo aliquot antiquitate simul & auctoritate celebres, Linum Pap. de Pass. Petri & Pauli, Marcell. in vit. Petri: Et post hos Chrysost. in Orat: aduersus eos qui prohibent fieri Monachos, Metaphrast. in Comment. de peregrinat. & consummat. Petri & Pauli. Ex quibus omnibus infero atq; concludo, Simonem magum vnicas delicias Neronis, Imperante ipso Nerone, & non Claudio (vt quidam malè legentes, aut potius intelligentes sacras Historias volunt) interijsse. Atq; hic Finis prioris Commentarij nostri in magnos illos Apostolos Petrum & Paulum, esto. *Not.* *Egesipp.* *Maxi. Taur.* *Grego. Tur.* *Niceph.* *Lin. Pap.* *Marcell.* *Chrysost.* *Metaphrast.*

GERAR-

GERARDI VOSSII

COMMENTARIVS

IN SANCTI PATRIS NOSTRI IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLEOS

Homiliam in Sanctos Duodecim Apostolos.

ARGVMENTVM.



N hac Homilia quæ ipsis ferijs Pentecostes videtur habita, Chrysostomus aureo quodam verborũ flumine, tractat de Vocatione ac electione Duodecim Apostolorum, eorumdemq; ad prædicandum verbum Dei per singulas quasq; orbis Terræ Prouincias dispersione, infidelium ad Christum per eos cęterosq; discipulos conuersione, forti eorumdem aduersus Barbaros certamine, & de plurimis miraculis quibus adhuc viui claruerunt. Deniq; pulcra Petri & Pauli ponitur ὁμοίωσις, & ad eosdem instituitur Apostrophe, varia elegantiq; sanè Anthithesi & Paronomasia (quę in Gręco melius quàm Latino perspicitur) cum Amplificatione admodum accommoda, illustrata.

Τὴν τέχνην αὐτῶν μετέθηκεν ἐπὶ τὸ θειότερον, λέγων· Δεῦτε ὀπίσω μου, καὶ ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς τῶν ἀνθρώπων.

Artem ipsorum in id quod est diuinius commutauit, inquiens: Venite post me, & faciam vos Piscatores hominum &c.

Matt. 4. Ecce qui prius pisces capiebant suis arundinibus, secuti Christum mox piscatores euasere hominum, artemq; suam vilem atq; humilem, cum professione sublimi atq; diuina commutant: Ex piscatoribus siquidem facti sunt doctores, vt scilicet reti verbi (sicuti alibi enarrat Chrysostomus) comprehendant homines de hoc mundo falso & fluctuabundo: tempestuoso & instabili, perfido & semper periculoso, neminiq; unquam tuto, vbi homines non ambulant sed feruntur inuiti quasi nolentes: Nam violentia diaboli concupiscentias multas inoperans,

Chrysost. homil. 7. ex ca. 4. super Mattheũ in 2. expositione.

perans,eis mentitur se: quia cum delectatione compellit in mala. Vbi homines alterutrum se comedunt, sicuti pisces semper fortiores, deuorantes infirmiores: vt translati viuant in terra, corporis Christi facti membra in terra fructifera, in terra dulci semperq; tranquilla, vbi non est tempestas ad demersionem: vbi fortes ad tentationem fidei, & patientiæ fructificationem: vbi homines ambulant, non ferũtur, vbi se alterutrum non comedunt habitantes, sed fouent &c. Hæc Chrysostomus. In medijs autem occupationibus existentes illos post se venire iubet, ostendens sui sequelam cunctis rebus mundi præponẽdam, cùm nemo (vt alio quodam in loco idem habet Chrysostomus) queat terrenis frui, & perfectè ad celestia peruenire. Itaq; Apostoli suam vocationem minimè negligendã censentes, omnibus relictis secuti sunt Christum, non arundine, sed sermone atq; prædicatione (vt est in consequenti serie huius Orationis) hominũ greges sapienter expiscantes.

Chrysost. Homil. 14. in cap. 4. Matt.

Πέτρος ἐντεῦθεν μαθητεύει τὴν Ῥώμην. Παῦλος ἐκεῖθεν εὐαγγελίζεται κόσμον. Ἀνδρέας τῆς Ἑλλάδος σοφοὺς διορθοῦται.

Petrus hinc Romam erudit. Paulus inde mundo Euangelium annuntiat. Andræas Græciæ sapientes corrigit &c.

EGregia sanè munium Apostolicorum partitio, eorumdemq; per orbem distributio. Etenim cùm Apostoli, accepto per Spiritum Sanctum dono variarum linguarum, distributis sibi terrarũ partibus, vniuersum mundum prædicatione Euangelij imbuendum suscepissent: Beatissimus Petrus Apostolici ordinis Princeps, ad arcem Romani destinatur Imperij, scilicet vt lux veritatis quæ in omnium gentium reuelabatur salutem, efficacius se ab ipso capite per totum mundi corpus diffunderet &c. Itaq; cùm prius Antiochenæ Ecclesiæ aliquot annos præsedisset, inde ad magnam & antiquam Vrbem Romam, ad expugnandum Simonem Magum, secundo Claudij anno perrexit, vbi & eundem postea euicit, ibidemq; Cathedram Episcopalem totos 25. annos tenuit, cruceq; in Vaticano vitam cum morte commutauit, Octogenarius (vt alibi demonstrauimus) existens.

D. Petrus Romam venit.

Petrus Octogenarius.

PAulus qui antea Saulus, Apostolus gentium, extrà numerum duodecim, de tribus Beniamin, & ex oppido Iudææ Giscalis, Iudeorum aduocatus, à Christo de celo vocatus, fulminisq; ictu in terram prostratus, qui visum deperdens cecidit, eodemq; recuperato surrexit, ex persecutore factus uas electionis, & ex lupo agnus, inter Apostolos vocatione nouissimus, & prædicatione primus: hic toto orbe peragrato, Christiq; nomine gentium populis ad quos adhuc prius non peruenerat patefacto, post innumerabiles labores, variasq; persecutiones hinc à gentibus, inde à Iudæis susceptas; vltimo Romæ vno eo-

Act. 9. 22. & 26.

Hieron. de Scriptor. Ecclesiast.

demq; tempore ac die, cum Petro auersis vestigijs in Crucem adacto, sub iniquissimo Nerone, gladio plexus, & in via Ostiensi sepultus est, perfecto annorum octo & sexaginta numero.

Ætas Pauli.

ANdræas frater Petri, Græciç sapiētes correxit, multis prædicationibus, viteq; innocentiæ exēplis, ac varijs miraculis clarus, tandē ab Aegea proconsule Achaiæ, ob prædicationem Euangelij comprehensus, in vincula conijcitur, Deinde grauissimē cęsus in Cruce suspenditur, in qua adhuc biduum superuiuens, ea quæ Christi sunt non cessauit populum edocere. Ita de S. Andręa scriptis prodidere Presbyteri & Diaconi Ecclesiarum Achaiæ, qui plenè vitam & passionem eius conscripserunt. Bernard. in serm. in vigilia S. Andręę. Ado Eipscop. Treu. in Martyrol. pridie cal. Decemb.

Presb. Acha. Bernard. Ado Treu.

Simon Iacobi frater & Iudæ, ad Barbaros profectus, eos (ut hic enarrat Chrysostomus) Deum edocuit, Egyptoq; Idolis dedito, verum Dei cultum & fidem prædicauit, cunctisq; in ea prouincia Idolis expugnatis, Hierosolymam reuersus est, & Iacobo fratri suo defuncto Episcopus suffectus, plenus ætate annorum 120. forti animo Crucem tulit, in illa Magistro & consobrino assimulatus, sub Traiano Cęsare, spiritum Deo reddidit. Euseb. cæsar. lib. 3. hist. Eccles. cap. 32. Isidor. Ispal. de patribus noui testam.

Aetas Simonis Apost. Euseb. Isidor.

THomas lateris cicatricē in Corpore Christi explorans, de ipsius Resurrectione mundū certiorē reddidit, veritatemq; Euangelij quam sensibus ipsis erat expertus, prędicauit Parthis, Medis, Persis, ac Æthiopibus (quos & sacro, vt hic ait Chrysostomus, dealbauit baptismate) & id genus Barbaris alijs, ipsis quoq; Indis superioribus, apud quos prædicationē suam vsq; ad titulum suę passionis perducens, lanceis transfixus occubuit, & Calaminæ (quæ est Ciuitas Indię) Apostolatus honorem, Martyrij corona decorauit, suorumq; laborū præmia recepit, vbi & cum honore sepultus est. vide Isidorum de uita & obitu Sanctorū, cap. 76. Ruffinū, lib. 11. cap. 5. Sophronium de viris illustribus. cap. 8.

IAcobus Maior in ijs quæ fidei sunt & Religionis Christianæ, Iudęā erudit, tribubusq; quæ sunt in dispersione gentium atq; Hispanię, & occidentalibus locis Euangeliū prędicat, luceq; prædicationis effulget. Qui deniq; in Marinarica Achaię ab Hærode tetrarcha gladio cesus occubuit, ibidemq; sepultus creditur. Vide Euseb. lib. 2. hist. Eccles. cap. 9. ac Clementē Alexandrinū in septimo Dispositionum suarum libro. Isidorū de vita & obitu Sanctorum quorumdā vtriusq; testam. cap. 73. Bedā in Martyrol. 26. maij. Sophron. de uiris illustribus cap. 5.

Euseb. cæsar. Clem. Alex. Isidor. Beda. Sophron.

MArci thronum ab Alexādria quę est ad Nilum salutari, hic inquit Chrysostomus: Quoniā Marcus assumpto Euāgelio quod ipse cōscripserat, & D. Petrus approbauerat, perrexit in Aegyptum, & primus Alexandriæ Christū adnuntians, Ecclesiā tanta doctrina vitæq; continentia constituit, ut omnes sectatores Christi ad exemplum sui facilè

coegerit.

coegerit. Octauo Neronis anno naturę concessit, & Alexandrię sepultus, sibi succedēte Aniano. De hoc lege Euseb. lib. 2. Hist. Ecclesiast. cap. 15. & 16. D. Hieronym. de uiris illustribus cap. 18. & Isidor. de vita & obitu SS. Patrum cap. 85. & Bedam in Martyrologio. *Euseb. Hieronym. Isidor. Beda.*

LVcas Euangelista, medicus Anthiochenus, Pauli discipulus & indiuiduus eius peregrinationis comes, Euāgelij prout à Paulo alijsq; Apostolis illud audierat, & Apostolicæ Historię, secundum quod rem geri viderat, conscriptor. Qui postquam summo cum labore atq; vigilantia, Euangelicę prędicationis opus exercuisset, octuagesimo quarto ætatis suę anno, mortalem hanc vitam cum immortali semperq; beata commutauit. vide Hieronymum in libro de viris illustribus cap. 17. & Isidor. de ortu & obitu quorumdā Sanctorū vtriusq; testam. ca. 80. *Aetas Lucæ. Hieronym. Isidor.*

MAtthęus Apostolus & Euangelista, primus scripsit Euangeliū, vitam & doctrinā Christi cōplectens, litteris & sermone Hebræo: mox Aethiopibus prędicauit, unde magos expulit victos, Egippi regis filium Euphronem à morte suscitauit, eiusq; filiam Iphigeniam virginem castam Christo cōsecrauit, cuius nuptias Hirtacus tyrannus concupiscens, Apostolum illas impedientem, è medio tollendum & à tergo ante altare gladio incautè transuerberandū curauit: Sicq; S. Matthæus vndecimo calen. Octobris, munus Apostolicum Martyrij gloria cumulauit, dierum plenus (ut vult Metaphrastes) existens. De quo Euseb. lib. 3. Hist. Eccl. cap. 24. & 39. Hieron. de viris illustribus cap. 4. Isidor. de vita & obitu Sanctorum cap. 75. *Metaphrast. in vit. Matt. 16. nouēb.*

IOannes Apostolus & Euangelista, nouissimus ab Asię Episcopis rogatus, conscripsit Euangeliū, diuinitatis Christi amplissimum testimonium, quod quidem tam alto aggressus est initio, vt totus mundus penè capere nequeat, quę ipse parua admodum depinxit pagella. Composuit & Apocalypsin, velamenta siue Prophetias secretissimis mysterijs plenissimas, sibi in pathmos insula à Spiritu Sancto manifestatas, vbi plura ferè mysteria quàm verba continētur. Qui exilio cruciatus inter Græcos, Inter Latinos Romæ feruētis olei dolio decoctus, at nō lesus, plenus dierum adhuc Ephesios in fidei veritate (vt de eo hic refert Chrysostomus) confirmauit: Et sexagesimo octauo post Passionem Domini anno secundum Hieronymum, obdormiuit. *Hieron. lib. de vir. illust.*

BArtholomęus Lycaoniam in sortem prędicationis accepit, eamq; maiori temperantia imbuit, Indis Euangelium secundum Matthęum interpretatus, In Albano maioris Armenię Ciuitate, vbi Palęmonis Regis filiam dęmoniacam curauit, Regis Astiagis iussu, ab iniquissimis postquam actus fuit in Crucem, adhuc viuus excoriatus, & demum capite plexus est: Sicq; ad gloriam immortalitatis & felicitatis æternę migrauit. De hoc plura qui volet, uideat Hieron. de uir. illustrib. cap. 7. Isidorum Episcopum Ispal. de Patrib. noui testamenti, antiquioresq; alios Martyrologos. *Metaphrast. in S. Barth. Hieronym. Isidor.*

Ioan. 12. PHilippus Bethsaidæ Galilææ natus (vnde & Petrus) ceteris putatur iunior: Is Gallis dicitur prædicasse Euangelium, Barbarasq; gentes tenebris ac tumenti Oceano vicinas; ad scientiæ lucem fideiq; portũ deduxisse, & Schytas à serpente siue Dracone vexatos liberasse: Ad vltimum Hierapoli, quæ est ciuitas Phrygiæ, crucifixus lapidatusq; est ab Hebionitis, ibiq; sepultus. De quo Euseb. lib. 3. hist. Eccl. cap. 31. Isidor. de Patrib. vet. ac nou. test. c. 75. Atq; hæc pro instituto Auctoris mei, de Apostolis simul & Euangelistis, qua fieri potuit breuitate, à me obiter dicta sint. quibus grate frueris Lector, donec maiora & pleniora tibi de omnibus simul Apostolis atq; Euangelistis, sicuti Deo adiuuante decreuimus, prompserimus.

Euseb. Isidor.

Τούτῳ προσπελάσας χωλὸς, ἀρτίπους ἀνέλυσεν, ἐκείνῳ συντυχὼν
παράλυτος κλινοφορεῖν ἐκελεύετο.

Huic Claudus appropinquãs, sanus & integer pedibus rediit; In
illum paralyticus incidens, lectum portare iussus est &c.

Miracula Petri & Pauli. DE Petri & Pauli Miraculis, habes historiam in Actis Apostolorum, vbi traditur quomodo per manus Apostolorum fiebant signa & prodigia multa in plebe, unde & magis augebatur credentium in Domino multitudo virorum ac mulierum, ita ut in plateas eiicerent infirmos, & ponerent in lectulis ac grabatis, vt veniente Petro saltẽ vmbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur omnes ab infirmitatibus suis: Concurrebat autem & multitudo vicinarum ciuitatum Hierusalem, afferens ægros, & vexatos à spiritibus immundis, qui curabantur omnes. Atqui hæc de Petro, Actorum quinto capite leguntur. Alibi habes, quo pacto Lijddæ Aeneam ab octo annis in grabato iacentem Paralyticum sanarit, solo verbo dicens, Aenea, sanet te Dominus Iesus Christus: Surge & sterne tibi. Et cõtinuo surrexit &c. Et in Ioppe, Tabitha mortua ad vitam à Petro solo verbo (surge) reuocata est &c. Et alibi in nomine Iesu, claudum à Natiuitate, consolidatis basibus è plantis eius, rectè ambulare fecit &c. Reliqua vide supra.

Act. 5. Act. 9. cap. Act. 9. Actorum. 3.

Quin & Paulus (vt est in eodem Actorum libro) claudo cuidam Lystris ex vtero matris suæ, qui numquam ambulauerat, sanitatem & integritatem pedum restituit, magna voce dicens, Surge super pedes tuos rectus. Et exilijt, & ambulabat Alibi quoq; puellam quandam habentem Spiritum Pythonis, ab immũdo illo spiritu liberauit, inquiens: Præcipio tibi in nomine Iesu Christi exire ab ea. Et exiit eadem hora &c. Apostolica etiam acta tradunt, quomodo à corpore Pauli sudaria & semicinctia, super lãguidos delata sint, & recesserint ab eis languores, & spiritus nequam egressi &c. Hinc & multi credentium veniebant, confitentes & annuntiantes actus suos &c. Deniq; Troade, cùm quidam adulescens nomine Eutychus super fenestram

Actorũ. 14. Actorũ. 16. Actorũ. 19. Actorũ. 20.

ſederet vt Paulum audiret: quo diutius diſputante, ſomno oppreſſus cecidit de tertio cenaculo deorſum, ſublatusq́; eſt mortuus, ad quem deſcendens Paulus, illum ad vitam non citra maximam omnium con ſolationem, reuocauit &c. Viperam etiam citra nocumentum è manu ſua excuſſit, & Publij Patrem à dyſenteria & febribus liberauit &c. Et hæc ſunt miracula omnia quę Diuo Petro & Paulo in Actorum libro, attributa reperi, de quibus & in Commentario ſuperioris Orationis in Petrum & Paulum, à me actum eſt, pag. 18. *Actorũ. 28.* *Ibidem.*

Παῦλος ἀπὸ λύκου ἀμνὸς, ὁ ἐξ ἀκανθῶν βότρυς· ὁ ἐκ ζιζανίων σῖτος, ὁ ἀπὸ ἐχθροῦ φίλος.

Paulus ex lupo factus eſt agnus, ex vepribus racemus, ex Zizanijs frumentum, ex inimico amicus &c.

EGregia ſanè Antitheſis eſt Paronomaſiæ coniuncta, cui non minus lepidè quàm artificioſè, hic Oratorum more inſiſtit Chryſoſtomus, qui eodem Ornamenti genere etiam in alijs ſuis Homilijs, ad dilatandam illuſtrandamq́; Orationem (in quod vim ſuam exerit Contrariorum collatio) non citra feſtiuitatem vti ſolet libenter: In quo & illum meritò alij Cõcionatores ſtudioſè imitari deberent, tamquã optimum dicendi Magiſtrum. Ceterùm Antitheſis huius loci, in Græco facilior audituq́; ſuauior quàm Latino, quod conferendo græca cum Latinis, verum eſſe deprehendet vtriusq́; linguæ peritus Lector.

Quomodo autẽ Paulus ex lupo factus ſit agnus &c. præclarè in quodam ſermone diſſerit Auguſtinus, vbi ſic habet: Paulus ex perſecutore Chriſtianorum, annuntiator factus eſt Chriſti, percutiens eum Chriſtus & ſanans, occidens & viuificans, occiſus agnus à lupis, & faciens agnum de lupis, prædictũ enim erat in præclara illa prophetia, cùm Iacob Patriarcha benediceret filios ſuos, præſentia tãgens & futura proſpiciens, quod in Paulo contigit: erat autem Paulus ſicut ipſe teſtatur, de tribu Beniamin &c. Sed videatur conſequenter D. Auguſtinus, admodum pulcrè eandem Hiſtoriam enarrans, & D. Paulo applicans. *Auguſt. ser. 54. de sãctis qui eſt serm. I. de Cõuerſione B. Pauli Apoſtoli.*

Ὁ μετὰ Πέτρου λυτρωτὴν λαχὼν εἰς ταφὴν καὶ μετ' αὐτοῦ καὶ ταύτην μὴ παρορῶν τὴν Συχέμ.

Qui cum Petro Redemptorem ſortitus es in ſepulcro, & cum eo hanc quoq́; non ſpreuiſti Sychem &c.

VVlt Chryſoſtomus dicere, Paulum & Petrum vno tempore migraſſe ad Dominum, quem ſimul ſortiti ſunt vereq́; poſſederũt in morte ſiue ſepulcro ſuo: Non autem videtur rectè intelligi poſſe de ſepul

cro

cro Domini, ad quod quidem Petrū post Resurrectionem venisse certum est; Paulum autem (qui Christū in carne non viderat) isthuc cum Petro venisse, sicq; Redemptorē in sepulcro sortitū esse, minimè constet. Nisi aliam velimus sequi lectionem, pro λυτρωτὴν hoc est, Saluatorem, Ῥώμην, id est, Romam ponendo, sicuti in alio quodam manuscripto Exemplari legi: vt sit sensus facilior, hic scilicet, quòd Paulus cum Petro Romam sortitus sit in, vel ad sepulcrum: vbi simul passi sunt & sepulti, hic quidē in Vaticano, alter autē in via Ostiensi. Quod quoq; non obscurè innuit adiecta clausula, Et cum eo hanc quoq; non spreuisti Sychem: per Sychem intelligendo locum passionis & sepulturæ, Romam scilicet, alludens ad locū sepulturę Iacob, qui in Sychem erat,
Act. 7. vt ex illo Actorum patet: Et descendit Iacob in Aegyptum, & defunctus est ipse, & Patres nostri, Et translati sunt in Sychem, & positi sunt in sepulcro, quod emit Abraham pretio argenti à filijs Emor filij Sychem &c. De eodem sepulturæ loco, legitur Genesios 23. & 25. cap. quòd erat in sepultura duplici in agro Ephron, ab Ephron comparata, vbi & Abraham cum vxore Sara sepulti sunt &c.

Ὁ κατὰ τὸν Βενιαμὶν τοῦ Ἰωσὴφ ἀδελφὸς, καὶ κατὰ τὴν Θέκλαν καὶ τῶν παίδων πατὴρ καὶ διδάσκαλος.

Qui ratione Beniamin, Ioseph frater fuisti, & ratione Theclæ, filiorum Pater atq; Magister &c.

PAulus Apostolus ex tribu Beniamin, minimi natu fratris Ioseph, perhibetur fuisse: ratione cuius, & ipsum modo quodam loquendi, fratrem Ioseph nuncupare videtur, quòd is maximè etiam fratri suo Ioseph carus esset; Cuius Historia legitur Genesios 42. 43. 44. 45. & demum 49. vbi de eo dicitur: Beniamin lupus rapax, mane comedet prędam; & vesperi diuidet spolia &c. Quod & si quidam ad Hierusalem referant, quę fuit in sorte Beniamin, quæ dicitur lupus rapax, eo quòd
Matth. 23. sanguinem Prophetarum & ipsius Christi fuderit, & mane egressionis de Aegypto, prædam id est, legem qualem à Deo exortam accepit, & adhuc eam comedit; at in vespera mundi, diuidet spiritum viuificantem, à littera occidenti &c. Non desunt tamē qui illud de Paulo intel
Act. 9. 22. & 26. ligendum velint, qui fuit de Beniamin: quiq; prius fideles persecutus, postea fidelis eloquia Dei & gradus Ecclesię legitimè dispensauit: & sicut illa tribus multum fuit bellicosa, ita Paulus ex maximo Christi persecutore, ardentissimus eius factus est amator, & sancti ipsius Euangelij strenuus Prædicator. Porro quod Chrysostomus ratione The-
Nota. clę, uocat Paulum filiorum Patrē atq; Magistrum, id facit, non quòd liberos secundum carnem habuerit, sed quia Theclam ex illustribus
Ambros. lib. 2. de virgin. parentibus Iconij natam, in Christo parturierit, eamq; fidei præceptis instituerit, vt omnibus fidei constātia, vitæ morumq; integritate præ-

luxerit,

uxerit,& insigne sui exemplum reliquerit. hinc ratione illius, modo loquendi accommodo, Chrysostomus suum Paulum, filiorum Patrem atq; Magistrum nuncupat &c. Ado in suo Martyrol.

Ἵνα ὁ μὲν σταυρούμενος, ὁ δὲ τὴν κεφαλὴν τεμνόμενος,
μίαν πίστιν κηρύξαντες, ἕνα δρόμον τελέσαντες.

Vt ille quidem Cruci affixus, hic verò truncatus capite, vt qui vnā fidē prædicauerint, vnū q; cursum cōsummarint &c.

QVod in superiori Oratione de Martyrio Principium Apostolorum Petri & Pauli fusius dicitur, in hac Homilia breuioribus attingitur: Circa quod, id dumtaxat cum Eusebio adnotandum duxi, Crudelissimum Neronem (quandoquidem sese apertum diuinitatis pietatisq; hostem profitebatur) primum ipsorum Apostolorum, quippe qui Duces & signiferi erant in populo Dei, expetijsse neces: dum Paulum (vt hic recenset Chrysostomus) capite, Petrum autem Crucis patibulo, impius condemnat impiè. Et hæc quidem in Vrbe Roma gesta fuere, quemadmodū in superiori Apostolorū Petri & Pauli Encomio, cōtestatū est satis: ipsorumq; monumenta atq; Trophæa quę magna ibidē sunt, vel ipsi sensui visus quantumuis cęcutienti, clarissimè ostendunt. Quod etiā Caius ille antiquissimus scriptor cum Zephyrino Episcopo Romano, aduersus Proculū quēdā Catafrygam disputans cōfirmat, & hæc de Apostolorum Martyrij loco ac tempore luculenter enarrat: Ego, inquit, Apostolorum habeo trophæa quæ ostendam. si enim procedas ad viam regalem quæ ad Vaticanum ducit, aut viam Ostiensem, inuenies trophęa defixa, quibus ex utraq; parte statutis, Romana cōmunitur Ecclesia. Quod autē eodē tēpore passi sint (vt fusius à nobis spero demonstrabitur alibi) Dionysius Corinthiacus Episcopus, cùm in Vrbe positus esset, & scriptis disputaret, testimonium præbet, inquiens: Sed & vos habentes commonitionem à Petro vel Paulo, plantationem Romanæ, & Corinthiorum Ecclesiæ, coniūxistis: Ambo siquidem simul aduentantes, & in nostra Corinthiorū Ecclesia docuerunt, & per omnem Italiam atq; in hac Vrbe simul docentes, etiam Martyrio pariter vno eodemq; tempore coronati sunt. Atq; hæc vel ob id referuntur, vt Historia cunctis sit confirmatior ac certior. Vide Euseb. Ecclesiast. Hist. lib. 2. cap. 25. Quoniam verò ultima illa Consummatio gloriosorum horum Apostolorum, multum consolationis omnibus meritò afferre poterit pijs, visum est priusquam finem Commentarijs meis imponam, pro præsentis loci occasione incidenter de ea cuiusmodi fuerit, paucula quędam ex priscis Scriptoribus in medium adducere.

Euseb. lib. 3. Ecclesiast. hist. cap. 25.

Caius.

Zephyrin.

Dionys. Corinth.

Euseb. cæsar.

De Vltima gloriosorum Apostolorum Petri & Pauli consummatione.

QVandoquidem ex Duabus hisce Auctoris mei Chrysostomi Orationibus, nostrisq; in easdem Illustrationibus, cuiuis pespicuum esse potest, quibus quantisq; persecutionibus gloriosi illi Principes terræ Petrus & Paulus conflictati sint, vt ad gloriosam Martyrij palmam inuicti pariter peruenirent: tum quanto animi ardore atq; constantia non minas iudicum, non contumeliam, nõ mortem deniq; ipsam curantes, Christum prædicarint, suoq; vel sanguine sacrũ Christi Euangelium Romanis signatum reliquerint. Iam restat, vt breuiter Commentarijs finem imponendo, explicemus Vltimę illorum Consummationis, atq; ab hac fragili & ærumnosa vita ad cęlestem illam longè feliciorem semperq́, beatam, Emigrationis rationem: Quæ quantum ex antiquiorum Monumentis colligere potui, ferè talis exstitit.

Petro ad Vaticanum ducto vt ibi crucifigeretur, Paulus eodem tempore ac die ad viam Ostiensem rapitur. Petrus loco & morte minus honorifica, nã Cruce & ad Neronis circulũ, vbi probrosa morte affici cõmuniter solebant multi, necatur. Paulus verò tamquã ciuis Romanus nobiliori morte ac loco moritur: siquidẽ gladio percẽptus est, quo supplicij genere multabantur nobiles, & in via Ostiensi. Petrus cùm ad supplicij locum, qui in Vaticano Mõte erat, magna cum populi comitante caterua peruenisset, intimo quodam animi affectu, his qui eũ secuti ex pietate erant, valefaciens: Crucem primum adorat, seq; in ea Dominum sequi paratissimum offert, non tamen recta sicut Dominus noster Crucifixus erat figura: sed potius pedibus in altum erectis, & capite in terram deuoluto; In qua sic clauis affixus, ipse populum lacrymabundum consolari, ac Christum pro sua Ecclesia deprecari non destitit. Post multas autẽ voces consolatorias datas, uariasq; ad Deum preces fusas, mox vt populus ille totus qui ad Martyrij locum piè conuenerat, magna voce ad vltima illa verba Apostoli sui, Amen. respondisset: Petrus ex hac lacrymarum valle, magna negotiatione perfecta, lætus ad Christum migrauit, eiq; spiritum suum reddidit. Cuius Corpus Marcellus carissimus eius discipulus è vestigio nullius exspectans sententiam, proprijs manibus vna cum S. Clemente, de Cruce deposuit, illudq; nitidissimè vino ac lacte ablutũ, Myrrha diuersoq; aromatũ genere optimè condiuit, & iuxta locũ in Vaticano, vbi crucifixus erat, sepeliuit. Sed quo pacto Paulus ad Martyrij locũ perrexerit, illudq; subierit, tũ quomodo se ante mortem, in morte, & post mortẽ gesserit, edissere? Paulus ex altera parte (vt vera Historia referatur) cùm ad locũ supplicij properaret, transiens per portam Ostiẽsem, sibi obuiã habuit præcipuam quandam matronam Romanam, nomine Perpetuã altero

Nota.

Ita cõformiter habet historia, cõmunisq; Patrũ assensus.

Linus in Passione Petri. Marcellus in vita Petri. Metaphrast. in vita eiusdem.

Ita antiq. græcũ Anon.

altero oculo cęcam (vt habet antiquiſſimũ quoddã Card. Sirletti manuſcriptũ Exẽplar græcũ anonymũ cõtinẽs acta & Martyriũ magnorũ Apoſtolorũ Petri & Pauli, ante hàc non editũ, iam vero recẽs per nos conuerſum, & propediem ſpero in lucem edendum) quam tamẽ communior Scriptorum ſentẽtia tenet fuiſſe Plautillã ſororẽ D. Clemẽtis: nõnulli etiã, vt Dionyſ. areop. in quodã ſcripto ſuo agens de Martyrio D. Pauli, eiusq; in hoc ſequaces, D. Antoninus, & plæriq; alij eã Limobiã nuncupant, fortè quòd duplex hoc ei nomen impoſitũ fuerit: Vt ut appellata ſit, hoc vnum certum eſt, hanc fuiſſeglorioſis hiſce duobus Apoſtolis deditiſſimam diſcipulam, veræq; religionis ac pietatis feruentiſſimam cultricem, quam intuens Apoſtolus, hac ſua compellat voce: Vale Plautilla æternæ ſalutis filia, tuum mihi commodato præbe peplum quo caput tegis, quo ſudarij vice mihi morituro obuelẽ oculos, illud ego tibi paullò poſt reſtituam. Quod cùm ab illa Paulus accepiſſet, recta ad Martyrij locum (qui antiquitus Maſſa aquæ saluiæ vocabatur tribus ab Vrbe millibus diſtans) perrexit: vbi oculis manibusq; in cęlum ſublatis, cùm Orientẽ verſus nõ citra lacrymas diutius oraſſet, deoq; gratias egiſſet, dedit pacem, ſiue panem (vt quidam volunt) fratribus qui eũ ſecuti erant, ita ijs valedicens. Interea flexis genibus, Perpetuę ſiue Plautillæ velo ſibi ad oculos appẽſo, ſe ſigno S. Crucis muniẽs, ceruices ſuas percuſſori prębuit, in hæc extrema verba prorumpens: Domine Ieſu in manus tuas commendo spiritũ meum. atq; ſic caput ei abſciſſum eſt, statimq; ex ipſius collo pro ſanguine lac manauit, ac ſudariolũ in ipſo ictu ſanguine plenum explicuit, eoq; modo obuolutũ ab ipſo Paulo ad Perpetuã aut ſi mauis Plautillã delatũ eſt, quod ita roſeo perfuſum ſanguine, ipſa palpebris ſuis admouit, eiusq; cõtactu miraculoſè viſum recuperauit, illudq; ipſa in verũ hoc modo reſtituti ſibi pepli ac recuperati viſus teſtimonium, reuertentibus militibus exhibuit, non citra admirationem multorum. Ipſum autem caput, tertio è terra nomen Ieſu clara voce perſonans reſilijt, & in quouis ſaltu fons è terra miraculoſè ſcaturijt, ita vt tres inſignes ijq; limpidiſſimi fontes, nõ absq; miraculo, ſingulis trinis ſaltibus pullularint: In cuius facti memoriam, ædificata ibidem reperiuntur tria ſacella, alterum altero depreſſius, & ſingula ſingulos fontes continentia, à quibus & tota Eccleſia Trium fontium ſeu ad tres Fontes, appellationem ſuſcepit, & ad hoc vsq; tempus ſemper obtinuit retinetq;. Cui loco à multis Pontificibus diuerſæ conceſſæ ſunt Indulgentiæ. Atq; hæc de vltima Conſummatione magnorum Apoſtolorum Petri & Pauli obiter à nobis dicta ſint, quæ vna cum alijs quæ damus ad inſigniũ iſtorum Athletarum Chriſti geſta ac facta laudibus celebranda, admirationiq; eorumdem trophæa cunctis proponenda, placido gratoq; animo ſyncere Lector accipe, & hos tibi pro veris Patronis delige ac imitare. Quod ſi obtinuero, ſatis hiſce Lucubrationibus meis apud te profeciſſe videbor.

Lin. de Paſſ. Pauli et cõis trad. hiſtor. Dion. areop. Antoninus part. 1. tit. 6. cap. 5.

Ita Lin. de Paſſ. Paul. et cõis hiſtoria traditio.

Ita vetus illud græcum Anon. et cõis traditio.

Metaphr. in vita Pauli.

De hoc vide portam æneã Baſil. S. Pet.

Ita antiquũ illud Anon.

Ita pia veterũ traditio, fonteſq; adhuc hodie in Eccleſia triũ fõtiũ Romæ ſcaturientes teſtantur.

H GERAR-

GERARDI VOSSII

APOSTROPHE

AD PETRVM ET PAVLVM SVMMOS APOSTOLICI ORDINIS PRINCIPES, & Tutelares Vrbis Romæ Patronos.



VOS verò Petre & Paule præclarissima duo mũdi lumina, qui sacramentum cęlestis regni vno ore eodemq; spiritu prædicastis, & sub vnius Passione Dei, vestrã doctrinam pio sanguine morteq; fortissima inuicti consecrastis, qui tamquã Principes Ecclesiarum facti, dispensatione cęlesti Romam petentes, sacratissima vestra corpora in illius Vrbis arce recondidistis, quæ principatum & caput ceterarum nationum gerebat, ad id scilicet vt vbi caput vniuersæ superstitionis fuerat, ibi caput Ecclesiæ superemineret, vbi Gentilium Principes alta sua palatia defixerant, ibi vos Ecclesiarum coryphæi moreremini; vbi orbis Monarchia constituta erat, ibi vos à Christo tamquam veri Regni sui Principes constitueremini. In hac siquidem Vrbe, quandoquidem diligentissima superstitione erat collectũ, quidquid vsquã impijs erroribus fuerat imbutũ: inter multa, falsę sapientię opiniones erant tollendæ, delubra gentilium dissoluenda, impius idolorum cultus extirpandus, varij errores quibus homines inuoluti iacebant, erãt confutandi. Huc tu Petre firma Ecclesiæ Christi Petra ac firmamentum, summe Apostolorum vertex, cum pretiosissimo illo electionis uase, coapostolo ac consorte glorię tuæ Paulo approperas, eam tu tenebricosissimam frementium bestiarũ siluam ac veluti turbulentissimæ profunditatis pelagus ingrederis, populo prius apud Orientem qui ex circumcisione crediderat edocto, Antiochena Ecclesia fundata, Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia, Bithynia, alijsq; Orientis partibus, Euangelicæ prædicationis legibus ritè illustratis: Huc tu destinaris, vt lux ueritatis, quæ in omnium gentium reuelabatur salutem, sese ab ipso capite efficacius per totum mundi corpus diffunderet. Hic tu viginti quinq; annos Christi Vicarium in terris egisti, cumq; non satis esse putares in arce illa Romani imperij, diuini verbi semen spargi, & ad reliquas occidentis plagas illud voluisti diffundi, neq; verò per te solum, sed & discipulos qui se tibi ad opus ministerij Euãgelici aggregauerãt, quorũ hos in vtramq; Germaniam, illos in Galliam, alios in Hispaniã, allos verò in Britanniam ceterasq; Occidentis partes misisti, ad constituendas

tuẽdas Ecclesias, & confirmãdos eos qui credituri erant Dei Euãgelio. Tibi claues Regni Cælorum ab ipso Domino traditæ sunt, vt quæ in terra ligasses atq; soluisses, eadem in cęlis ligata atq; soluta essent. tu propter Christum omnia reliquisti, ut illum solum possideres à quo & mortis & vitæ adferendæ potestatem acceperas, qui quasi quædam columna es è terra ad cęlos vsq; diducta, isthuc viam patefaciens omnibus qui rectà ad cęlestia illa regna peruenire contendunt, qui rudis artificiosam Græcorum orationem expugnasti, diuino spiritu loquẽs solo verbo ipsos Gentiles quo voluisti, miro quodam modo flexisti. Tu uerus & ardens fuisti Christi discipulus, qui præ ceteris orationis libertate vsus, ipsum viui Dei filium prædicasti. Tu veræ fidei merito & integræ prædicationis obtentu, fundamentum Ecclesię definitus es, ac diuino Domini ore ob id etiam Petrus cognominatus, qui fuisti primitiæ electionis Domini, Apostolorum primus, cui & primo Deus Pater filium reuelauit, & Christus competenter beatitudinem contulit, qui vocatus es & electus conuiua Domini, tamquam bonus & probatissimus discipulus, qui ex Oriente missus obscuriorem mundi partem occidẽtem quasi omniũ potentior illuminare à Dñs iussus es, integreq; Domini præceptum explere potuisti. Quid multis?

Tu ceterorum Apostolorum caput designatus es atq; magister, perfidorum Iudæorum refrenator, Orthodoxę fidei principium, templum Dei, dulce Ecclesiæ spectaculum, vniuersi mũdi splendor, columba castissima. tu prior in uineam Domini conductus es, boni Pastoris primogenita ouis, ad vocationem celer, & in fide minime dubius, in omnibus seruens Domini administer, ex humili piscatore, magnus Apostolus, Apostolorum doctor, spiritu ardens, angelus & homo, gratia plenus, firma fidei petra, senilis Ecclesię sapientia, Idiotę miraculũ, & illitterati sapientia, qui ob puritatem beatus & filius colũbę dictus es à Domino, & ab eodem eximius sacrorum Ecclesiæ interpres ac dispensator constitutus, qui claues Regni cælorum & per eas potestatem ligandi atq; soluendi in cælo ac terra, ab ipso Christo accepisti, qui tua ipsius vmbra paralyticos solidasti, ac mortem destruxisti, plurimisq; miraculis vel ante tuum ex mortali hac vita discessum, apud homines claruisti, ijsq; sanam tuam doctrinam ac veram ipsius Christi cunctis comprobasti, qui deniq; ne quid minus deesset, Christum Saluatorem nostrum Crucis martyrio, capite in terram denoluto confessus es, scilicet vt quem imitabaris fide, imitareris & passione, cuius Vicarium gesseras in terris; illius gloriæ particeps fieres in cęlis.

Varia Epitheta D. Petro ex duab. hisce Chrysost. homilijs attributa.

Quid etiam de te referam gloriosissime Paule in quo Dominus fidem nominis sui dum ipsam fidem persequeris elegit, qui dum velut acerrimus persecutor Christianam vastares Ecclesiam, inimico adhuc tuo in pectore sibi amicum cor Christus reperit, dumq; ad supplicia rapis Christianos, ipse cito raperis ad gratiam, qui ex lupo factus es

Epitheta hoc opere à Chrysost. d. Paulo attributa.

agnus, ex uepribus racemus, ex zizania purũ frumẽtũ, ex inimico amicus, ex Hebræis Christianus; apud illos Saulus spirans necem & cędem Christianorum, apud nos verò Iesu Christi dictus Apostolus, qui prius persecutor eras, postea Euangelij prædicator; prius blasphemus postea theologus, prius segregator postea pastor; prius pirata postea custos, prius hostis postea defẽsor, ex nouissimis primus, ex abortiuis uir perfectus, Romanus & Phariseus, & omnia omnibus ꝑpter fidẽ factus.

Tu ex coriariorũ tabernaculis ad fastigiũ Apostolatus euectus es, & in nationes lõgè missus, ex vase cõtumelię in vas electionis mutatus, tu verus & ardẽs in tuo Apostolatu Christi fuisti minister, gentiũ exhortator, necessarius Ecclesiæ nuntius, vniuersi terrarũ orbis gloria, decus Ecclesiæ, in cęlis homo & in terris angelus, organũ Domini, vigilans Christi miles, qui citra vllã intermissionẽ Dño eiq; despõsatę Ecclesię inseruijsti, fidelissimus omniũ Dñi Apostolus: pro tuarum remuneratione virtutũ vltra humana merita raptus es ad tertiũ vsq; cęlũ, unde cęlestia illa cognouisti secreta, ut Ecclesiarũ futurus doctor, inter Angelos disceres, quod inter homines prædicares, de sacramentis dñicis nõ solũ audita loquereris, sed etiã visa testareris. Tu deniq; es ille qui ceruices quas aduersus Christi nomen superbè erexeras, easdẽ barbarorũ gladio feriendas, postea humillimè pro eius honore submisisti, pro quo Martyriũ nõ subterfugisti, quem antea verè viuere & in cęlis post mortem regnare probaueras: unde etiã factum est, vt qui pro fide Christi apud varias gẽtes fortiter intrepideq; certaueras, te veluti inuictũ Athletam mundiq; victorem, Roma ad triumphum susciperet.

Vos igitur Apostoli duę Ecclesiæ columnæ, qui diuini verbi semen per vniuersum terrarum orbem longè lateq; sparsistis, qui Romanis Christi Euangelium vestro sanguine signatum reliquistis, aspicite pręsentem humanarum rerum statum, contuemini turbulẽtissimam modo Ecclesiæ faciem, per uos olim corroboratam nunc verò desolatam, olim tanto feruore Sacerdotum cuiusuis ordinis ornatam, iam verò viduã & abiectã: Vos inquã summi Apostolici ordinis Principes, qui in duobus corporibus estis anima vna, Christianorum muri, Barbarorum aduersarij, Hæreticorũ refrenatores, estote iam suffragatores eius quam vt congregaretis, vniuersum orbem adscendẽte in vobis Domino, velut equi velocissimi cursitastis. Subueni subueni Petre ouibus & agnis tibi à Christo tanta sollicitudine concreditis: Vide Paule gentiũ Doctor, quid passim Gothica & wandalica barbarie, gregi Dominico impij moliantur Hęretici, sacra prophanãtes & quæ optimo ordine à vobis bijugis constituta erant, planè conturbantes. Vos qui dęmonũ legiones abegistis, ꝓcul & à finibus nostris modo repellite inimicissimũ Christiani nominis hostẽ Turcã, qui Gręcorũ delubra euertistis, Religionis demolimini schismata, unionem fidei inducite, vt in vno ouili vnum colant Pastorem vniuersi.

GERAR-

GERARDI VOSSII
APOSTROPHE
AD IPSAM VRBEM ROMAM
EX PRAESENTIA ATQ. VENERANDO TROPHAEO PETRI ET PAVLI TRIVMPHANTEM.



Ed ad te magna & antiqua Roma meum conuerto sermonem, te nunc compello, quam licet multi tamquã caput & reginã mũdi suspiciãt, teq; prę reliquis orbis ciuitatibus maximè celebrẽt; hinc ab antiquitate tua, populi multitudine, Palatiorum magnificentia, variorum monumentorum splendore, summa potentia, omniumq; rerum abundantia; inde à virtute bellica & studio pacis, frequentissimis victorijs, quibus olim aucta ius imperij tui terra ac mari propulisti, cunctorumq; Regnorũ sceptra ad tuam potentiam atq; dominatum conuertisti: Hęc etsi magna sint, te tamen maiorem longeq; illustriorem euasisse puta, ex præstantissimis illis tuis Corypheis maximisq; duobus mundi luminibus Petro & Paulo, qui te non ab his quę vulgus magna æstimat illustrarunt, sed sola sua præsentia atq; venerando triumpho, omnibus planè totius mundi Vrbibus prętulerunt.

Hi sunt per quos tibi Euangelium Christi primo Roma cara resplẽduit, vt ex magistra erroris facta sis discipula veritatis: Hi tamquam parentes veriq; tui pastores regnis cęlestibus te inserendam multò rectius feliciusq; condiderũt, quàm quorum studio prima mœniũ tuorum fundamenta iacta sunt: Inter quos qui tibi nomen Roma imposuit, parricidiali te cęde fędauit. Qui te cunctis totius orbis ciuitatibus, rebus à sese nequiter gestis, illustriorẽ reddere studebant, hoc ipso te maximè obscurabant alijsq; exosam reddebant. In quo te suis trophæis notam, posteritatiq; vniuersę admirabilem reddere putabant, in eo gloriam tibi omnem, crudelitatis suæ relinquendo insignia, detrahebant. Deniq; in quo Petrum & Paulum impiè occidendo, Christianam religionem procul à finibus tuis propellere se posse sperabãt, in eo illos veros ac primos Romanorum corijphęos, inuictosq; Christianæ militiæ athletas vniuersis declarabant, tibiq; Roma vel præter suam opinionem Christi Euangelium sanguine tuorum Apostolorũ signatum relinquebant. Hi igitur tui sunt Principes quos verè suspicere ac venerari debes Roma. Hi tui sunt Duces, quos te sequi, & sub eorum

S. Leo. ser 1. in Natiuit. Apostol. Petri & Pauli.

cotũ vexillo syncerè atq; legitimè Christo in terris militare oportet.

Per hos eo splendoris & gloriæ prouecta es, vt gens sancta, populus electus, ciuitas sacerdotalis ac regia, & per Sacram Beati Petri sedē caput Orbis effecta, latius religione diuina quàm dominatione præsideres terrena. Licet enim plurimis tuis ab hostibus reportatis victorijs Imperium tibi subditum longè lateq; per Mare per Terras extenderis, multò tamen minus esse fatearis quod bello propriaq; industria acquisiuisti, quàm quod largitione diuina paceq; Christiana tibi postea accessit. Disposito siquidem diuinitus operi congruebat maximè, vt multa regna vni confœderata essent Imperio, & cito peruios haberet populos prædicatio generalis, quos vnius teneret regimen ciuitatis. Tu vero Roma adhuc cęcutiens, & prouectionis tuæ Auctorem ignorans, cùm omnibus penè dominateris gentibus, omnium quoq; gentium seruiebas erroribus, magnamq; tibi satis videbare assumpsisse religionem, quoniam nullam respuebas falsitatem. Vnde quanto eras per inimicum cacodęmonem arctioribus vinculis cōstricta, tanto admirabilius à Christo es absoluta: quanto ab omni pietate erás remotior, tanto ex prædicatione atq; Martyrio Petri & Pauli, Christo facta es coniunctior. Nam cùm Dominus Orientis regionem propria passione illustrarit, Occidentis plagam, ne quid minus esset, vice sui, Apostolorũ doctrina ac sanguine illuminare dignatus est. licet verò ipsius Passio nobis suffecerit ad salutem, horum tamen Martyrium etiam nobis conferri voluit ad exemplum.

Leo Papa sermone 1. in Natiuit. Petri et Pauli.

Gaude igitur Europa quæ tales fidei tuæ atq; salutis habueris auctores. Exulta Roma, quàm ter quaterq; beatam prædico quod illos muris tuis concludere merueris, quorum documentis tibi patefacta est via ad salutem; quos in terris adhuc viuentes conspexeris atq; audieris, illorum Sancta corpora (cùm apud te vitam finijssent) retinueris possederisq;. Quare etiam hinc magis quàm à quibuscumq; rebus alijs commendaris, vt non immeritò magnus ille Petri & Pauli admirator, eorumdemq; trophæorum celebrator Chrysostomus aureo quodam vocis suæ oraculo, propter insignes hosce duos Coryphęos, in laudes tuas proruperit, sic inquiens: Considerate & videte quale spectaculum visura sit Roma, Paulum scilicet repente ex theca illa cum Petro resurgentem, in occursum Domini ferri sursum. Quale munus Christo mittet Roma. cuiusmodi duabus coronis vrbs illa exornatur, cuiusmodi catenis aureis cincta est, cuiusmodi fontibus claret? Hinc mihi hæc vrbs est admirationi, non ob copiam auri, non ob columnas, neq; quamcumq; rem aliam, verum ob columnas illas Ecclesiæ. Quis mihi nunc dabit circumfundi corpori Pauli, affigi sepulcro, videre puluerem corporis illius, qui ea quæ adhuc in Christo deerant adimplentis, stigmata illius gestantis: prædicationem Euangelij seminantis, puluerem inquam oris illius per quod

Chrys. serm. 32. in morali exhort.

Christus

Christus locutus est, per quod lux emicuit, quouis fulgore clarior, & vox exilijt dęmonibus quouis tonitru terribilior: Et quid necesse est recensere singula? Vellem videre sepulcrum quo recondita sunt illa arma iustitiæ, arma lucis, membra nunc viuentia, cùm verò in hac vita essent, emortua: in quibus omnibus viuebat Christus, quæ mundo fuerant crucifixa, membra Christi, quæ Christum induerant, quę templum fuerant spiritus sancti, sanctaq; ædificatio, quæ ligata erant spiritu, confixa timore Dei, habentia stigmata Christi; hoc corpus Vrbem hanc munit, quod quauis turre innumerabilibusq; mœnibus ac vallis est tutius. *Chrysos. sub finem eiusdē Homiliæ 32.*

In hoc Roma formidolosa es Barbaris, admirationi Orientalibus pariter ac Occidentalibus, totiq; terrarum orbi veneranda. Quare tu Vrbium & Orbis vnicum caput, agnosce beneficia, quibus præsentia atq; venerando magnorum tuorum Apostolorū Petri & Pauli triumpho, ex gloriosis illorum certaminibus Martyrijq; corona partò, exornata es. Perpende obsecro quantum mutata sis ab illa, quæ ante aduentum horum tuorum Corypheorum eras. quibus quantisq; non vanis dico ac turgescentibus, sed planè diuinis præfulgeas honoribus: vt quæ olim omnis superstitionis vaniq, idolorū cultus caput eras, horum beneficio ac opera, Ecclesiæ vereq; religionis caput euaseris, quæ prius fuisti receptaculum Principū gentilium, iam facta sis sedes Principum Ecclesiarum, sedes inquam Petri, & propugnaculum fidei.

A nullo crede vnquam Monarcha quantumuis potente & bellicoso, tantum consecuta es honorem nominisq; claritatem, quantum à duobus hisce tuis signiferis ac ducibus cęlestis militiæ Petro & Paulo, qui te gloriosiorē reddiderunt, quàm magnus ille Alexander suam Macedoniā, potentiorē quàm Iulius ille Cæsar vniuersam suā Monarchiam, famosiorem thesauris pretiosissimis, quàm Crœsus opibus atq; pecunijs famosissimus, suam Lydiam cuius gerebat sceptrum. Vbi enim modo est Alexander ille cognomine magnus, cum omni sua gloria, quam suis reliquit Macedonibus? vbi Cæsaris potentia ac virtus bellica in suo ostensa imperio? Vbi Crœsus rex Lydiæ, cum cunctis suis quas collegit reliquitq; opibus? Dic mihi. sed non poteris. Res Principum illorum gentilium etiam sui ignorant proprij, horum verò norunt & Barbari, ac propter sola illorum in te merita, beneficiaq; innumerabilia, te vnicam prædicant suspiciuntq; vniuersi.

O ter quaterq; beatā & inter alias vrbes totius Christiani Orbis maximè regiam vrbem Romā, quę illorū corpora atq; trophæa refers, qui tibi tutelares veriq; post Deum in terris existunt Patroni, illorum præsentia venerandoq; aspectu cotidie frueris, quorum doctrina primum instructa es ad salutem. Enitere enitere, vt quorum præfulges honore, eorum imiteris & exempla, quiq, ciuibus & incolis tuis Romanis

manis alijsq; Christi fidelibus, vel suo reliquerunt sanguine signatum Christi Euangelium, hoc ipsum & illi ab impia Hæreticorum vellicatione, retinere velint purũ. Contende Roma, contendite inquã cuncti Christiani, vt sub duobus hisce tuis gloriosissimis Principibus terræ, tamquam optimis inuictissimisq; Ducibus, ita syncerè atq; legittimè decerteris in terris, vt eosdem aliquando videre & cum ijsdem regnare possitis in cælis. Quod nobis omnibus largiatur qui præclarissima illa duo mundi lumina, ad Apostolatus apicem euexit, Sanctamq; Romanam Ecclesiam per eos fundauit, & vniuersum terrarum orbem eorum doctrina illustrauit, Christus Iesus benedictus in secula.

FINIS.

INDEX RERVM ET PERSONARVM HOC OPERE CONTENTARVM ABSOLVTISSIMVS, ORDINE ALPHABETICO DISTRIBVTVS.

FINIS.

Errata ſic lege.


Primus numerus folium, ſecundus paginam primam aut ſecundam, tertius lineam oſtendit.

Græca

Folio. 5. pag. 1. lin. 11. pro ὅς lege ὁ. 5. 1. 23. δεῖξιν. lin. vlti. μεγαλοπόλει. lin. 10. ἀξιώσω. 6. 1. 23. & 13. 1. 21. & 22. ἀπεσχοίνισεν. 7. 1. 6. τῇ τῆς ἀμορφούσης ὁδοῦ. lin. 29. πρέσβατον. πέτρος &c. pone ac lege coniunctim. idemq; multo magis 7. 2. lin. penult. & vlti. eam coniungendo cum ſequent. obſeruato. 8. 1. 11. ἐπάνω. lin. 12. ἔλθοι. lin. 16. ἐκ. 8. 2. lin. 23. ἔσοιτο. lin. penult. τετχίσατε. 9. 1. 6. σπλαγχνία. 26. 2. 12. τούτῳ ead. lin. συντυχών.

Latina

Fol. 2. pag. 1. lin. 3. lege tabernaculorū ſutori. 9. 1. è regione lin. 26. in marg. ponatur locus ſcripturæ Matth. 7. cap. 10. 1. 4. reuerenter. 11. 1. 28. penetret qui. 13. 2. 26. ſepulcrum. 15. 1. 23. pro ſcaſellum, ſcalpellum. & lin. 24. docuerit. 19. 2. 3. ex vi. 26. 2. 30. & plantis. 30. 1. 18. Domino. 32. 2. 4. pro tuis, lege veſtris &c.



R E G E S T V M.

✠ A B C D E F G H I

Omnia ſunt folia integra.



4-3-4


BIBLIOTECA